

CAROLI LINNÆI

ARCHIATRI REGII; MED. ET BOT. PROF. REG. UPS.  
HORT. ACAD. PRÆFECT.

HORTUS  
UPSALIENSIS,

*Exhibens*

PLANTAS EXOTICAS,

HORTO

UPSALIENSIS ACADEMIÆ

A SESE ILLATAS,

*Ab anno 1742, in annum 1748,*

ADDITIS

DIFFERENTIIS, SYNONYMIS,  
HABITATIONIBUS, HOSPITIIS,  
RARIORUMQUE DESCRIPTIONIBUS,

IN GRATIAM

*Studiosæ juventutis,*

---

VOL. I.

---

STOCKHOLMIÆ

Sumtu & literis LAURENTII SALVII

1748.



SERENISSIMO PRINCIPI,  
DOMINO  
ADOLPHO  
FRIDERICO

D. G. ELECTO

SVEC. GOTHOR. VANDALORUMQVE  
PRINCIPI HEREDITARIO;

&c. &c. &c.

NORVEGIÆ HEREDI;  
DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ,  
&c. &c. &c.

*Domino Clementissimo.*

**Q**Uam primum serenus ille Titan, novo vere septentrioni redditus, directioribus radiis suis seminaria nostra refovet, hac reviviscunt actutum, virent florentque.

)o(

Cum



Cum Seminariis non incommode conferuntur Academiæ: Quoties Principes Augusti, illarum Tutores, Docentium lucubrationes sereno vultu adspiciunt, toties his animus & novæ vires adduntur. Ita demum sperati proveniunt fructus, scientiarum utpote incrementa.

Ex quo S:RA REG. CELSITUDO vestra, clementissime suscepto CANCELLARII ad nostram hanc Academiam munere, Augusto præsidio suo nos beare & mira indies gratia laborantibus nobis adde-re stimulos dignata fuit, næ! nos ex votis, im-mo vero ultra vota, felicissimum ducimus ævum. O! nos nimium fortunatos, quibus Moderatore Sapientissimo Principe, quo nihil mitius, justius itidem graviusque nihil vidit Orbis, artium no-strarum studiis suaviter indulgere licitum est.

Itaque eo pium me gaudium impulit, ut pri-mitias agri, quem colo, sacras esse velim nostro huic Apollini, qui meis frugibus vigorem flo-remque vere dedit & dabit olim, quod devotissi-mus spero, maturitatem.

Ego vera eterna sanctissime polliceor ob-sequia, futurus ad cineres

SACRÆ REGIÆ CELSITUDINI TUÆ

Subiectissimus fidelissimus  
servus.

C. LINNÆUS.



# PRÆFATIO.

**H**ORTI UPSALIENSIS prima fundamenta anno 1675 jecit OLAVUS RUDBECKIUS Pater, a quo tres *Catalogi* (a) *plantarum exoticarum & indigenarum* exhibiti sunt.

Hic idem Hortus solo æquatus fuit funesto incendio Upsaliensi 1702 sub præfectura OLAVI RUDBECKII Filii, a quo tempore tere incultus jacuit ad annum usque 1741.

Demum anno 1742 *INSTAURATUS* impensis Academiae ex unanimi consensu Senatus Academici, approbante Illustrissimo tum Cancellario C. GYLLENBORG, *ICONA* exhibente D. Barone C. HÅRLEMAN, Architecturæ primario Præfecto Regio, viro in ista arte sine pari. Hujus Horti cum alibi habetur historia (b) heic eandem præterimus.

MEÆ eodem anno commissus curæ vix quinquaginta exoticas includebat plantas; verum amicitia, quam mihi colere licuit cum Botanicis præstantissimis totius Europæ, factum ut undique mihi semina missa fuerint, quorum licet non pauca longo itinere effeta, multa tamen etiam fecunda plantas hujus Horti dedere. Sic debeo plantas

)0( 2

INDI.

(a) RUDBECKII OLAVI.

Catalogus plantarum Horti Academici Upsaliensis

*Upsal. 1658. duod. latine. pag. 43.*

Auctarium Horti Upsaliensis Academiae.

*Upsal. 1666. duod. latine. pag. 22.*

Hortus Botanicus.

*Upsal. 1685. oct. lat-suec. pag. 120.*

(b) *HORTUS UPSALIENSIS* in Dissert. Academica propositus a S. Naucleoro; sub præsidio nostro. Upsal. 1745. quart. cum figuris.



PRÆFATIO.

INDICAS B. Jussæo instar omnium, Royeno.

EXOTICAS Hallero, Gleditschio, Ludvigio,  
Breynio, Wagnero, Bergero, Barrerio.

SIBIRICAS Ammanno, Gmelino, Bielkio.

VIRGINICAS Gronovio, Collinsono, Cates-  
bæo, Lawsono.

MONSPELIENSES Sauvagesio.

ITALICAS Rathgebio.

ANNUAS Dillenio, A. Gesnero, quos cum  
gratiarum actione heic nomino, ut alios taceam.  
Adeoque plantas hasce omnes, absque ullis impen-  
sis Academiae, ipse mihi comparavi omnes.

HESPERIDES dein placuit Clementissimæ nostræ  
*Principi Hereditariæ, S:ræ Reg. Celsitudini*  
LUDOVICÆ ULRICÆ communicare; cujus  
clementissimum exemplum secuti Comes C. F.  
*Piper* Regiæ Camerae Præses, Comes *Törnflycht*  
& Dominus *C. De Geer* Cubicularii Regii, & sic  
Hortus Lauris, Citris, Aurantiis, Malis Sinensi-  
bus instructus est.

DIFFICULTATES tamen non paucæ, quas reliqui  
Botanici in suis ignorant Hortis, mihi sese obecere;  
mihi certandum est cum Hieme intense frigida, ea-  
que longissima, Æstate vero brevissima, cum Hor-  
tus hic inter Academicos omnes maxime Borealis  
(c) sit, & Situs ejus maxime depressus & aquiloni  
nimis expositus, ut taceam defectum Hortorum  
curiosorum intra patriam, e quibus exoticas plan-  
tas mutuari licuerit.

CLI-

(c) Latitudo Upsal. 59 gr. 51½ min.



PRÆFATIO.

CLIMA nostrum plerumque sese ita habet:

*Majus* radices vivificat primis suis diebus, non tamen admittit plantarum ex Hibernaculis educationem ante XIII diem, cum *Quercus* (d) fronde scit & gelidæ jam noctes cessarunt.

*Junius* æstatem gratissimam & Botanicis negotiis aptissimam præbet.

*Julius* æstu (e) et siti premit, sed breve gaudium.

*Augustus* seminum maturitatem festinat, quo finito vix Hordeum in agris maturescit amplius.

*September* gelidas noctes reducit & pruinas, foliaque arborum pallida reddit.

*October* arbores foliis spoliat & fossas imbribus replet.

*November* glaciem & Nives reducit.

*December* aquas solida Glacie vestit, Terram nivibus, cœlumque nebulis.

*Januarius* intensissimum hiemale Frigus (f) adducit, cœlo nebuloso plerumque mœstus.

*Februarius* radiis solaribus parietes calefacere incipit.

*Martius* glaciem nivesque solvit, aquas & campos denudat, noctes tamen gelidas alit.

*Aprilis* ultimi dies, discissia hyeme, primum terræ subactionem seminumque sationem admittunt.

)o( 3

MA.

(d) *QUERCUS* frondes exserebat mense majo 1741 die 22, 1742-13; 1743-6; 1744-8; 1745-12; 1746-11; 1747-9.

(e) Calor summus 1747.  $\frac{VII}{2}$  hora  $3\frac{1}{4}$  post merid. 30 gr. supra punctum congelationis.

(f) Frigus summum 1740  $\frac{1}{2}$  nocte gr. 28 infra punctum congelationis, ubi punctum congelationis 0; calor aquæ coquentis 100.

(g) Sub dio vix semina maturescunt *Scorzonera* 3; *Centaurea* 8; *Cicer* 1; *Cbenopodium* 2; *Scabiosa* 2, 4.



## PRÆFATIO.

**MATURESCUNT** in Horto nostro **ANNUÆ** Plantæ *regionum septentrionalium* feliciter satis brevi æstate, at *Europæ Australioris* Narbonæ, Hispaniæ, Italiæ pulchre quidem florent, sed difficulter sub dio semina perficiunt (g). *Indicæ* autem sub dio ne florem quidem promunt (h). Plus itaque ingenii, artis & laboris heic requirunt Floræ sacra, quam ullibi locorum. Felices vos, Australes Botanici, quibus hæc sub mitiori cælo peragere concessum est.

Animus fuisset quidem per plures adhuc annos Plantas colligere, antequam Hortum nostrum publicæ exponerem luci; dum autem quotannis vidi, quanto cum incommodo Floræ alumni, sub demonstrationibus Botanicis, calamis nomina exipiant, eorum desiderio satisfacere meum putavi.

**VARIETATES** in hoc opusculo data opera plerasque omisi, ne cresceret in molem. Multas plantas omisi, quarum Flores non dum prodierunt, ne quando dubias species proponerem.

**GENERA** eadem assumimus, quæ antea a nobis data tuere in Generibus plantarum, nec mutavimus ulla, præterquam *Allium*, in quo *Illustrem Hallerum* secuti sumus.

**SYNONYMA** vulgatissima assumi uti *C. Bauhini* ob Pinacem, *Camerarii*, *Dodonæi*, *Clusii*, *Lobellii* propter Icones; *Royeni*, *Gronovi*, *Jussæi*, *Halleri* ob differentias specificas. HA.

(h) Sub dio non florent *Sigesbeckia* 1., *Commelina* 1., *Acalypha* 1., *Melotbria* 1.

(i) *Act. Stockholm.* 1739, pag. 1.



## PRÆFATIO.

**HABITATIONES** specierum spontaneas s. Loca earum Natalia adjeci, uti Fundamentum unicum idque genuinum Horticulturæ, quod alibi (i) proposui.

**HOSPITIUM** quod plantæ in Horto occuparunt addidi, ut videant exteri, quænam nostrum patiantur clima, utque nostrates sciant, quæ plantæ facile, quæque difficiliter coli in suis Hortis possint.

**OBSERVATIONES** studiose evitavi, ne cresceret opusculum; futurum opinor brevitate sua studiosis gratissimum. *Descriptiones* tamen brevissimas rariorum plantarum interdum adjeci, præsertim in Sibiricis plantis, quas propediem insequentibus voluminibus illustrabit egregius inventor *Gmelinus*.

**SVECICAS** plantas, quæ non culinares, quamquam, exceptis Lapponicis, fere omnes introduxi in Hortum, exclusi in hoc opere, utpote quas ante in *Flora Svecica* dedi.

Si ita Deo T. O. visum fuerit, ut tres mei pridem discipuli, qui meo iussu & Mæcenatum indultu remotissimas orbis plagas invisunt (k), Salvi patriæ reddantur, plures plantas in nostrum Hortum olim introducendas, certo auguramur.

Dabam ex Museo Horti Upsalensis 1748. d. 26 aprilis.

AU-

(k) *TERNSTRÖM Christoph.* Theologus, *CHINAM* 1745 adiit.  
*KALM Petr.* Profess. Aböensis, in *CANADAM* 1747 iter suscepit.  
*HASSELQUIST Frid.* Med. stud. *TERRAM SANCTAM* aditurus, in procinctu est.



# AUCTORES.

**S**YNONYMA primaria e *C. Baubini pinace*  
petenda.

**ICONES** Europæarum plantarum apud *Camera-*  
*rium, Clusium, Lobelium, Dodonæum* evol-  
endæ.

**DESCRIPTIONES** vulgarium dederunt *Clusius,*  
*J. Baubinus, Morisonus, Rajus,* in Historiis.

**VARIETATES** copiosissimas collegit *Tournefor-*  
*tius.*

**DIFFERENTIÆ** Specierum habentur apud *Gro-*  
*novium, Royenum, Hallerum.*

**SIBIRICAS** et septentrionales pulchre habet *Gmeli-*  
*nus.*

**ALPINAS** optime collegit & proposuit *Hallerus.*

**OBSERVATIONES** collegit *Vaillantius* & (in  
synopsi) *Rajus.*

**AFRICANÆ** plantæ apud *Hermannum, Rajum,*  
*Bumannum* inquirendæ.

**ASIATICÆ** apud *Rheede, Plukenetium, Rajum*  
(in supplemento) indagandæ.

**AMERICANAS** septentrionales *Claytonus* cum  
*Gronovio,* Australiores *Marcgrave, Plumier,*  
*Sloane* indagarunt.



CLASSIS I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

CANNA.

1. CANNA foliis ovatis utrinque acuminatis nervosis.  
*Roy. lugdb. 11. Fl. zeyl. 1.*

*Canna spathulis bifloris. Hort. cliff. 1.*

*Canna indica. Clus. hist. 81. Sloan. flor. 181. hist. 1. p. 253.*

*Arunco indica latifolia. Baub. pin. 19.*

β. Cannacorus amplissimo folio, flore rutilo. *Tournef. inst. 367.*

*Habitat in Asia, Africa, America.*

*Hospitatur in Caldario, perennis.*

2. CANNA foliis lanceolatis petiolatis enerviis. *Roy. lugdb. 11. Vir. cliff. 104.*

*Cannoides. Hort. cliff. 488.*

*Cann-Acorus glaucophyllus, ampliore flore iridis palustris facie. Dill. elth. 69. t. 59. f. 69.*

*Habitat in America.*

*Hospitatur in Caldario, perennis, vix florens.*

AMOMUM.

1. AMOMUM scapo nudo, spica ovata. *Hort. cliff. 3. Fl. zeyl. 3.*

*Zingiber, angustiore folio, foemina, utriusque indiae alumna. Pluk. alm. 317.*

*Zingiber. Baub. pin. 35. theatr. 651.*

*Inschi. Rhed. mal. 11. p. 21. t. 12.*

*Pharm: ZINGIBERIS Radix; Condit.*

*Svecis Ingfæra*

*Habitat in utraque India calidiore.*

*Hospitatur in Caldario & Vaporario perennis, sterilis.*

2. AMOMUM scapo nudo, spica oblonga obtusa. *Hort. cliff. 3. Fl. zeyl. 2.*



2 MONANDRIA MONOGYNIA.

Zingiber latifolium sylvestre. *Herm. lugdb.* 636.

Kua. *Rhed. mal.* 11. p. 13. t. 7.

Habitat in Malabaria, Zeylona.

Hospitatur in Caldario & Vaporario, perennis, sterilis.

C O S T U S.

1. COSTUS. *Hort. cliff.* 2. *Fl. zeyl.* 5.

Costus arabicus. *Baub. pin.* 36.

Arundo indica latifolia brasiliensis, squammato capite.

*Moris. hist.* 3. p. 251. f. 8. t. 14. f. 8.

Anonyma *Merian. surin.* 36. t. 36.

Tsiana Kua. *Rhed. mal.* 11. p. 15. t. 8.

*Pharmac.* COSTI DULCIS & ARABICI Radix.

Habitat in Brasilia, Surinamia, Malabaria, Zeylona.

Hospitatur in Caldario, perennis, sterilis,

K Æ M P F E R I A.

1. KÆMPFERIA foliis ovatis sessilibus. *Fl. zeyl.* 8.

Kæmpferia. *Hort. cliff.* 2. t. 1.

Orchis abortiva bifolia. *Rudb. elys.* 2. p. 218. f. 3.

Wanhom. *Kæmpf. amoen.* 901. t. 902.

Katsjula-Kelengu. *Rhed. mal.* 11. p. 81. t. 41.

*Pharm.* GALANGÆ MAJORIS & MINORIS Radix.

Habitat in Zeylona, Malabaria, Philippinis.

Hospitatur in Caldario & Vaporario, perennis, florens absque fructu.

B O E R H A V I A.

1. BOERHAVIA diffusa. *Fl. Zeyl.* 10.

Boerhavia foliis ovatis. *Hort. cliff.* 17.

Antonitophyllum solanifolium majus. *Kaill. act.* 1722. p. 258.

Talu dama. *Rhed. mal.* 7. p. 105. t. 56.

Habitat in Indis orientali.

Hospitatur in Caldario, perennis fructificans.

Obs. Stamen huic unicum est, nec tria, uti consuevit nuperis observatis.

D I G Y N I A.

C O R I S P E R M U M.

1. CORISPERMUM floribus lateralibus.

Corispermum foliis alternis: *Hort. cliff.* 3. *It. gotl.* 316.

Cori-



*Corispermum hyssopifolium.* *Juss. act.* 1712. p. 244.  
t. 10.

*Rhagrostis femine pastinacæ.* *Buxb. cent.* 3. p. 30. t. 55.

Habitat in *Tartaria* arenosis circa *Wolgam*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

Obs. *Flos infimus stamina quatuor, secundus tria, tertius duo, reliqui unum habent.*

2. CORISPERMUM spicis squarrosis.

*Corispermum glabrum majus, longissimis foliis.* *Amm. ruth.* 158.

*Rhagrostis foliis arundinaccis.* *Buxb. cent.* 3. p. 30. t. 55.

Habitat in *Tartaria* ad *Wolgæ* ripam, inque desertis *Cassakorum*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

Obs. *Radix annua. Omnia præcedentis, sed duplo major, magis præcumbens.*

*Caulis in hac glaber, in præcedente vero parum scaber cum villositate quadam. Folia duplo majora & robustiora, Ramorum apices magis imbricati foliis, hinc quasi spicati. Sed an hic sufficienter a præcedenti distincta species?*

BLITUM.

1. BLITUM capitellis spicatis terminalibus.

*Blitum foliis triangularibus dentatis.* *Hort. cliff.* 28.

*Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis nudis.* *Virid. cliff.* 1.

*Chenopodio - Morus major.* *Boerb. lugdb.* 2. p. 91.

*Chenopodio - Morus foliis pene integris.* *Hall. gött.* 6.

*Morocarpus major.* *Rupp. jen.* 2. p. 271.

*Spinachia baccifera.* *Ald. farnes.* 85.

*Atriplex baccifera.* *Raj. hist.* 197.

Habitat in *Comitatu Tyrolensi*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

2. BLITUM capitellis sparsis lateralibus.

*Blitum foliis triangularibus dentatis, calycibus baccatis, capitulis summis foliotis.* *Hort. cliff.* 495.

*Blitum fragiferum maximum polyspermum.* *Amm. ruth.* 166.

*Chenopodio - Morus foliis argute dentatis.* *Hall. gött.* 6.

*Atriplex sylvestris baccifera.* *Clus. hist.* 2. p. 135.

*Atriplex sylvestris, mori fructu.* *Baub. pin.* 119.

Habitat in *Tartaria & Hispania*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.



# DIANDRIA

## MONOGYNIA.

### NYCTANTHES.

1. NYCTANTHES foliis inferioribus cordatis obtusis, superioribus ovatis acutis.

Nyctanthes caule volubili, foliis subovatis acutis.  
*Hort. cliff. 5. Fl. zeyl. 12.*

Jasminum arabicum, foliis limonii conjugatis, flore albo duplici odoratissimo. *Angl. hort. t. 27.*

Jasminum s. Sambac arabum, folio acuminato, flore stellato majore albo odoratissimo, vulgo Mugarino.  
*Till. pis. 87. t. 31.*

Sambac arabicum s. Gelseminum arabicum. *Alp. egypt. 39. t. 39. Raj. hist. 1600.*

Sambac arabum s. Jasminum arabicum aut Syringa arabica. *Clus. cur. 3. t. 3.*

Habitat in India orientali, Malabarica.

Hospitatur in Calvario, frutex florens, vix frustum maturans, sempervirens.

Descr. Frutex bipedalis. Caulis griseus, rimosus. Rami oppositi, virides, teretes, vix pilosi, interdum volubiles, sæpe non. Folia prima, quæ vere erumpunt, cordata sunt, obtusa, & fere emarginata; insequentia, æstate, ovata, acuta, omnia nuda, petiolata, venosa, integerrima, utrinque glabra, ad vasorum ramificationes subtus sæpe villis notata. Petioli incurvi & quasi geniculum in medio formantes, hinc cadunt folia juxta basim folii, re manente petiolo rigidiusculo (fere ut in Volkameria) unde rami asperi, quamvis vix spinam mentiantur. Racemus ramos terminans, erectus, ex triuophyllum, octo dentatum, dentibus subulatis, acuminatis, concubulatis, longis. Corollæ tubus cylindraceus, longitudine calycis. Limbus horizontalis, octo partitus: lobis ovatis, concavis, longitudine tubi. Stamina brevissima, in medio tubi hærentia. Germinum subrotundum, stylus filiformis, brevis. Stigma crassiusculum, apice bifido. Odor florum Lili convalli vel citri, noctu gratissimus. Ex his oleum Jasminini primario preparatum fuit.



## J A S M I N U M.

1. JASMINUM foliis oppositis pinnatis. *Hort. cliff. 5.*

Jasminum vulgatius, flore albo. *Baub. pin. 397.*

Jasminum. *Dod. pempt. 409.*

*Pharmac.* JASMINI Oleum.

*Svecis* Siersmin.

Habitat in *India orientali.*

Hospitatur in *Frigidario & Tepidario*, frutex, florens.

2. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis teretibus.

Jasminum foliis alternis ternatis obtusis. *Hort. cliff. 5.*

Jasminum indicum flavum odoratissimum. *Ferr. cult. 393.*

Habitat - - - - -

Hospitatur in *Tepidario*, frutex florens, sempervirens.

Descr. Caulis Frutex altus, rami rubicundi, ramuli teretes, nisi quod stria utrinque a petiolo descendat. Folia ternata (aut in medio ramulorum pinnata septem foliis) foliolis ovatis, vix acuminatis, glabris, juxta petiolum a latere interiore deliquescentibus, petiolo in medio rubro.

3. JASMINUM foliis alternis ternatis pinnatisque, ramis angulatis.

Jasminum foliis alternis ternatis acuminatis. *Hort. cliff. 6.*

Jasminum humile luteum. *Baub. pin. 397.*

Jasminum s. Gelseminum luteum. *Baub. hist. 2. p. 102.*

Habitat - - - - -

Hospitatur in *Frigidario*, Frutex, florens, sempervirens.

Descr. Frutex parvus: rami virides, glabri, flexiles, parum angulati. Folia ternata (in medio ramorum pinnata ex septem foliis) foliola lateralia ovalia s. ovata, terminali duplo majore, ovato, acuminata, basi etiam saepe acuta.

4. JASMINUM foliis alternis ternatis simplicibusque, ramis angulatis. *Hort. cliff. 5.*

Jasminum luteum vulgo dictum bacciferum. *Baub. pin. 398.*

Jasminum fruticans. *Dod. pempt. 571.*

Habitat in *Neapolitanis & Monspelienfibus* sepibus.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex, florens.

## P H I L L Y R E A.

1. PHILLYREA foliis lanceolatis subintegerrimis.



- Phillyrea foliis ovato lanceolatis vix crenatis. *Hort. cliff. 4.*  
 Phillyrea ligustri folio. *Baub. pin. 476.*  
 Phillyrea 3. *Clus. hist. 1. p. 52.*  
 β. Phillyrea foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff. 4.*  
 Phillyrea angustifolia prima. *Baub. pin. 476.*  
 Phillyrea 4. *Clus. hist. 1. p. 52.*  
 γ. Phillyrea angustifolia secunda. *Baub. pin. 476.*  
 Phillyrea 5. *Clus. hist. 1. p. 52.*  
 Habitat in glareosis saxosis rupibus *Hispaniæ, Gallia, Italia.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, arbor florens, sempervirens
2. PHILLYREA foliis cordato-ovatis. *Hort. cliff. 4.*  
 Phillyrea latifolia spinosa. *Baub. pin. 476.*  
 Phillyrea folio ilicis. *Baub. hist. 1. p. 541.*  
 Phillyrea 1. *Clus. hist. 1. p. 51.*  
 β. Phillyrea folio leviter ferrato. *Baub. pin. 476.*  
 Phillyrea 2. *Clus. hist. 1. p. 52.*  
 Habitat in *Hetruria, Lusitania.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, florens, sempervirens.  
 Obs. Valde affinis precedenti, licet folia diversa.

## SYRINGA.

1. SYRINGA foliis ovato cordatis. *Hort. cliff. 6.*  
 Syringa cærulea. *Baub. pin. 398.*  
 Lilac. *Tournef. inst. 601.*  
 Calobotrychis. *Reuealm. spec. 31. t. 30.*  
 β. Lilac flore albo. *Tournef. inst. 601.*  
 Habitat in *Oriente.*  
 Hospitatur frequens in *hortis, sub dio*, arbuscula fructificans, sepes majores constituens, cicur.
2. SYRINGA foliis lanceolatis integris. *Hort. cliff. 6.*  
 Syringa persica foliis integris. *Herm. lugdb. 586.*  
 Lilac ligustri folio. *Tournef. inst. 602.*  
 Agem Lilac persarum. *Corn. car. 190.*  
 Habitat in *Persia.*  
 Hospitatur *sub dio*, rarius in *Frigidario*, frutex, florens, sepes minores constituens.
3. SYRINGA foliis lanceolatis integris laciniatisque. *Hort. cliff. 6.*  
 Ligustrum foliis laciniatis. *Baub. pin. 476.*



Lilac laciniato folio. *Tournef. inst. 602.*

Agem lilac perfarum, inciso folio. *Corn. canad. 188.*

Habitat in Persia.

Hospitatur in Frigidario, † Frutex.

Obs. Forte antecedentis sola varietas.

## VERONICA.

1. VERONICA spicis terminalibus, foliis oppositis lanceolatis ferratis acuminatis.

Veronica spicata longifolia altera. *Amm. ruth. 26.*

- β. Veronica spicata, urticae folio. *Amm. ruth. 26.*

Habitat in Tataria.

Hospitatur sub dio, perennis fructificans.

Obs. Radix perennis. Caules erecti, glabri, bipedales, ex una eademque radice numerosissimi. Convenit statura cum Veronica foliis ternis (*Fl. Szec. 6.*) sed differt foliis latioribus oppositis: an itaque Veronicæ 1, erectioris latifoliae. *Clus. hist. 1. p. 346. varietas.*

2. VERONICA spicis terminalibus, foliis oppositis crenatis obtusis, caule erecto tomentoso.

Veronica spicata lanuginosa & incana, floribus caeruleis. *Amm. ruth. 21. n. 30.*

Habitat ubique per Ucrainiam & Samaram.

Hospitatur sub dio, perennis.

Descr. Radix paucorum annorum. Caules erecti, vix pedales, teretes, tomentosi, alii. Folia lanceolato-oblonga (angustiori), crenata, sulcus albo tomento. supra viridia, vix manifeste tomentosa, obtusa, petioli brevissimis pollicem transversum longa. Spica unica erecta raris, calyces albo-tomentosi, corollae caeruleae. Haec in cultis deponit albedinem tomenti, minusque tomentosa fit, & angustius serrata, magisque ramosa. Et ad Veronicam spicatam secundam *Floræ Szec. 7.* proprius accedens; forte itaque Veronicæ 2, erectioris angustifoliae 2. *Clus. list. 1. p. 345. varietas.*

3. VERONICA spicis terminalibus, foliis ternis æqualiter ferratis.

Habitat in Siberia.

Hospitatur sub dio perennis.

Obs. Differt a Veronica foliis ternis *Fl. Szec. 6.* quod haec semper folia terna praeferit, nec saepius quatuor uti maritima. Quod folia glabra, nec subtus tomentosa, quoniam Serraturae foliorum æquales & simpliciter serratae, nec inæquales & duplicato serratae. Quod serraturae acutae, nec acuminatae, ut in maritima. Quod caulis duplo crassior, inferne omnino glaber, nec ut in illa tomentosus.

## JUSTICIA.

1. JUSTICIA arborea, foliis lanceolato-ovatis, bracteis ovatis persistantibus, corollarum galea concava.

*Fl. zeyl. 16.*



*Justicia* foliis ovato-lanceolatis, spicis foliosis, florum galea concava. *Hort cliff.* 9.

*Adhatoda zeylanensium.* *Pluk. alm.* 9 t. 173. f. 3.

*Herm. lugdb.* 642. t. 643. *Tournef. inst.* 175.

Habitat in Zeylona.

Hospitatur in Caldario, Tepidario & Frigidario, arbuscula, raro florens, sempervirens.

## V E R B E N A

2. **VERBENA**, tetrandra spicis fasciculatis, foliis lanceolatis amplexicaulibus.

*Verbena* foliis lanceolatis, floribus congestis fastigiatis, *Hort. cliff.* 11.

*Verbena bonariensis* altissima, lavendulæ canariensis spica multiplici. *Dill. elth.* 406. t. 300. f. 387.

Habitat in agro Bonariensi.

Hospitatur in Frigidario, perennis, fructificans.

Obt. Caulis erectus, teretis, lateribus oppositis excavato-canaliculati. Folia dentata, opposita. Fructo maturo cadunt calyces cum inclusis seminibus.

3. **VERBENA** tetrandra, spicis filiformibus, foliis multifido-lacinatis, caulibus numerosis.

*Verbena* humilior foliis incisiss. *Clayt. virg.* 8.

*Verbena urticæ folio*, canadensis, foliis incisiss, flore majore. *Tournef. inst.* 200. *Hall. gött.* 174.

Habitat in Lusitania.

Hospitatur, sub dio perennis, fructificans.

Obt. Differt a *Verbena* communi. Pl. Su. 26. quod hæc duplo major, ex eadem radice per tres annos tenet, & radice perenni gaudet, cum vulgaris annua sit. *Verbena lusitanica latifolia* procerior *Tournef.* 200. est biennis alias pro eadem habetam.

4. **VERBENA** tetrandra, spicis longis acuminatis, foliis hastatis.

*Verbena* foliis lanceolatis serratis, spicibus filiformibus paniculatis. *Roy. lugdb.* 327.

*Verbena americana* altissima, spica multiplici, urticæ foliis angustis, floribus cæruleis. *Raj. app.* 286. *Herm. parad.* 242. t. 242.

*Verbena americana urticæ foliis* angustioribus, flore cæruleo. *Moris. hist.* 3. p. 478.

5. *Verbena americana* altissima, urticæ foliis angustis, spicis brevioribus, floribus purpureis. *Boerb. lugdb.* t. p. 186.



# DIANDCIA MONOGYNIA.

Habitat in *Canada*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

5. VERBENA tetrandra spicis filiformibus paniculatis, foliis indivisis serratis petiolatis.

Verbena foliis ovatis, caule erecto, spicis filiformibus paniculatis. *Hort. cliff.* 11. *Gron. virg.* 7. *Roy. lugdb.* 327.

Verbena, urticæ folio, canadensis. *Raj. hist.* 536. *Zan. hist.* 203.

Verbena recta canadensis, f. virginiana maxima, urticæ foliis. *Moris. hist.* 3. p. 418. f. 11. t. 25. f. 3.

Verbena peregrina, foliis urticæ. *Dod. pempt.* 125.

Verbena lamii folio. *Barr. rar.* 30. t. 1146.

Habitat in *Virginia*, *Canada*.

Hospitatur, *sub dio*, perennis.

Obs. Omnes gaudent staminibus quatuor, nec ex his quatuor speciebus ulla diandra est, itaque ad Didynomice classem amandatur genus: nisi repugnant plures alicui diandra: nec genus naturale lubenter lacerarem.

# A M E T H Y S T E A.

## 1. AMETHYSTEAE.

Amethystina montana erecta, foliis exiguis digitatis trifidis-serratis, flosculis cum coma e caeruleo janthinis. *Ann. rutb.* 44. *Hall. act. upf.* 1742. p. 51.

Habitat in montosis *Siberiae*.

Hospitatur *sub dio*, annua, fructificans.

# Z I Z I P H O R A.

## 1. ZIZIPHORA foliis lanceolatis, floribus lateralibus.

*Roy lugdb.* 313.

Ziziphora foliis lanceolatis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 305.

Acinos syriaca, folio mucronato, capsulis hirsutis. *Moris. hist.* 3. p. 404. f. 11. t. 19. f. 3, *Raj. app.* 300.

Clinopodium orientale hirsutum, foliis inferioribus ocymum, superioribus hyssopum referentibus, *Tournef. cor.* 12.

## β. Acinos syriaca, tenuiore folio, capsulis hirsutis.

*Moris. hist.* 3. p. 404. f. 11. t. 19. f. 4. *Raj. app.* 300.

Habitat in *Syria* & *Media*.

Hospitatur *sub dio*, annua, fructificans.



## SALVIA.

1. SALVIA foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12.  
 Salvia major. *Bauh. pin.* 232.  
 Salvia. *Cam. epil.* 475.
- β. Salvia major, foliis ex luteo & viridi variegatis.  
*Boerb. lugdb.* 1. p. 166.  
*Pharmac.* SALVIÆ Herba, Aqua, Spiritus, Oleum.  
 Flores, Semina.  
*Svecis* Salvia. *Tysk* Salvia.  
 Habitat in *Gallia Narbonensi & Italia.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, raro sub dio, hymenes ferens, perennis.
- \* SALVIA foliis ovatis inciso-crenatis, verticillis subnudis. *Fl. Sv.* 28. flore albo.  
 Habitat in *Germania*, rarius in *Suecia.*  
 Hospitatur sub dio, perennis, cicur.  
 Obs. Radix vivax. Folia cordato-oblonga, repanda crenata, summa sessilia.  
 Galea corollæ falcata. Corollæ albo colore variantes. Stylus corollæ longior, galea vestitus.
3. SALVIA foliis simplicibus dentato-pinnatis rugosis verrucosis. *Hort cliff.* 13.  
 Horminum rugoso verrucosoque folio, cornu cervi exprimente. *Pluk. alm.* 186. t. 194. f. 5. *Herm. parad.* 186. f. 186.  
 Horminum ceratophyllum rugosum, flore sulphureo. *Moris. hist.* 3. p. 293. f. 11. t. 13. f. 6.  
 Sclarea rugoso verrucosoque folio laciniato. *Tournef. inst.* 180.  
 Habitat in *Persia.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, biennis fructificans.  
 Obs. Tota planta lanata & folia valde rugosa, hinc affinis sequenti.
4. SALVIA foliis rugosis oblongo-cordatis: floralibus calyce longioribus. *Hort. cliff.* 12.  
 Horminum Sclarea dictum. *Bauh. pin.* 234.  
 Orvala. *Dod. pempt.* 292.  
*Pharmac.* SCLAREA (GALLITRICH) Herba.  
 Habitat in *Syria.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, perennis, fructificans.
5. SALVIA foliis hastato-triangularibus oblongis crenulatis obtusis.  
 Sclarea folio triangulari, caule tomentoso. *Tournef. inst.* 180.  
 Hor-



Horminum hastatis amplioribus foliis s. ari modo alatis caulibus & pediculis araneosa lanugine villosis, ex insula gomorra. *Pluk. alm. 185. t. 301. f. 2. bona.*

Horminium canariense tomentosum, hastato folio.

*Moris. hist. 3. p. 394. f. 11. t. 13. f. 17.*

Habitat in *Canariis.*

Hospitatur in *Tepidario*, frutescens, fructificans, sempervirens.

Obi. Caulis lana araneosa molli tectus, quod singulare; Hæcque præcipue in tepidario fit; uti idem fit in Marrubio vulgari & Marrubiis reliquis in Caldario calido loco positus, an itaque avertat lana calorem? Frutex est.

6. SALVIA foliis cordata-sagittatis ferratis acutis. *Hort. cliff. 13.*

Horminum luteum glutinosum. *Baub. pin. 238.*

Horminum sylvestre secundum. *Clus. hist. 2. p. 29.*

Orvala tertia. *Dod. pempt. 292.*

Habitat in *Germania, Italia*, locis lutosi ad scaturigines.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

7. SALVIA foliis cordatis crenato dentatis, verticillis subnudis, stylis corollæ labio inferiori incumbentibus.

Salvia foliis cordato sagittatis dentatis. *Hort. cliff. 495.*

Horminum sylvestre 3. *Clus. hist. 2. p. 29.*

Habitat in *Hungaria.*

Hospitatur sub dio, annua, cicur.

Descr. Folia cordata, obtusiuscula, petiolata, petiolis interdum duobus foliis minimis ovatis lyrata. Verticilli nudi, corollis lavenderæ parvis, galea ozata, stylo corollæ longiore, labio inferiori corollæ incumbente, seu deflexo.

8. SALVIA foliis ovatis oblongis obtusis æqualiter crenatis, corolla galea semiorbiculata.

Hominum coma viridi. *Tournef. inst. 178.*

Habitat - - -

Hospitatur sub dio, annua.

Descr. Radix annua. Caules erecti, herbacei, virides, parum pilosi. Folia ovato-oblonga, æqualiter crenata: crenis rotundatis, obtusa, venosa, inferiora longis petiolis, superiora sessilia. Folia floralia summa cordata, integerrima. Verticilli sex constant plerumque quatuor tribus utrinque floriculis ad alas foliorum. Galea corollæ semi orbiculata, integerrima nec emarginata, Labium inferius integerrimum emarginatum, dentes laterales prominenti, acuti. faux alba Pistillum incurvatum, vix prominens.

## R O S M A R I N U S.

1. ROSMARINUS. *Hort. cliff. 14.*

Rosmarinus hortensis, angustiore folio. *Baub. pin. 217.*

*Pharmac.* ROSMARINI Herba, Aqua, Oleum, Semina, ANTHOS Flores conserva, Spiritus.



*Svecis Rosmarin.*

Habitat in *Hispania, Narbona, Gallilæa.* &c.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex, florens, sempervirens.

## M O N A R D A.

1. MONARDA capitulis setterminalibus, caule obtuse angulato.

Monarda floribus capitatis, caule obtuso. *Virid. cliff.* 3.

Monarda floribus capitatis, caule obtuso. *Hort. cliff.*

11. 495.

Origanum fistulosum canadense. *Corn. can.* 13. t. 14.

Clinopodium canadense majus hirsutum, floribus fistulosis. *Moris. hist.* 3. p. 374. f. 11. t. 8. f. 2.

Habitat in *Canada.*

Hospitatur in *Frigidario*, florens, perennis.

2. MONARDA floribus verticillatis, corollis punctatis.

Monarda floribus verticillatis. *Hort. cliff.* 495. *Gron.*

*vig.* 9. *Roy. lugdb.* 313.

Clinopodium virginianum angustifolium, floribus amplis luteis purpuro maculatis, cujus caulis sub quovis verticillo decem vel duodecim foliolis rubentibus est cinctus. *Pluk. alm.* 111. t. 24. f. 1.

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur sub *dio*, inque *frigidario*, tepidario & *caldario*, sed prima hyeme plerumque perit.

Obs. Flores punctis obscuris glandulosis adpersi; Folia fragrantissima sunt.

## D I G Y N I A.

### B U F F O N I A.

1. BUFFONIA. *Diff. nov. sen.* 3.

Alline polygonides tenuifolia, flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis. *Raj. syn.* 3. p. 346.

Polygonum, angustissimo gramineo folio, erectum. *Magn. monsp.* 211.

Polygono angustissimo folio affinis. *Baub. pin.* 281.

*Raj. suppl.* 131.

Habitat in *Anglia, Mospelit.*

Hospitatur in *Apricario*, annua, †



CLASSIS. III,

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

VALERIANA.

1. VALERIANA floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis.

Valeriana foliis infimis integris, proximis laciniatis, caulinis pinnatis. *Hort cliff.* 16.

Valeriana hortensis. *Baub. pin.* 164.

Valeriana major. *Lob. hist.* 44.

*Pharmac.* VALERIANÆ MAJORIS (PHU) Radix, Herba.

Habitat in *Asiaticis*.

Hospitatur *sub dio*, perennis, fructificans,

2. VALERIANA floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, seminibus palea ovali adnatis.

Valeriana lutea humilis. *Amm. ruth.* 18, n. 25. *tab.* 3.

Habitat in *Siberiæ* campis.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obs. Semina nuda absque pappo, affixa paleæ ovali, perpendiculari, laterali, majori.

3. VALERIANA floribus diandris ringentibus, foliis ovatis-fessilibus. *Hort. cliff.* 15.

4. Valeriana foliis ovatis fessilibus, floribus diandris ringentibus, tubo squammas calycinas multoties exsuperante. *Moerb. E. N. C.* 1742. p. 302.

Valeriana cornucopioides mauritanica, flore purpureo longiore. *Walth. hort.* 2. p. 169.

Valeriana indica. *Clus. hist.* 2. p. 54.

Valeriana peregrina purpurea albave. *Baub. pin.* 164. *prodr.* 87.

Pseudo-Valeriana cornucopioides annua purpurea, semine solido. *Morif. hist.* 3. p. 104. f. 7. t. 16. f. 27.



β. Valeriana foliis ovatis sessilibus, floribus diandris ringentibus, tubo squammas calycinas parum exsuperante, *Moerb. E. N. C.* 1742. p. 302.

Habitat in arvis *Americæ, Sicilia, Hispania, Mauritania.*

Hospitatur sub dio, annua.

4. VALERIANA floribus monandris, foliis pinnatifidis.

Valeriana foliis pinnato-laciniatis, floribus diandris. *Hort. cliff.* 16.

Valeriana foliis calcitrapæ. *Baub. pin.* 164.

Valeriana annua seu æstiva. *Clus. hist.* 2. p. 54.

β. Valeriana sylvestris, foliis tenuissime divisis. *Baub. pin.* 165.

Habitat in *Lusatia.*

Hospitatur sub dio, annua.

5. VALERIANA floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff.* 15.

Valeriana rubra. *Baub. pin.* 165.

Phu peregrinum. *Cam. epit.* 24.

Ocymastrum valerianthon. *Lob. ic.* 241.

Habitat in muris ruderatis *Normannia, Helvetia, Italia.*

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

\* VALERIANA floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus. *Fl. Sv.* 32.

β. Valerianella arvensis præcox humilis, foliis serratis. *Tournef. inst.* 132.

Phu minimum alterum. *Lob. ic.* 717.

γ. Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis plerumque serratis, feminis corona tridentata. *Hal. belv.* 666.

Locusta major. *Riv. mon.* 8.

Habitat in *Europa.*

Hospitatur sub dio, annua, cicur, oleracea.

## C N E O R U M,

1. CNEORUM. *Hort. cliff.* 13.

Chamælea tricoccus. *Baub. pin.* 462. *hist.* 1. p. 87.

Chamælea. *Dod. pempt.* 363. *Cam. epit.* 973.



Habitat in glareosis ficcis fervidis *Hispania*, *Narbonæ*.  
 Hospitatur in *Frigidario*, frutex.

TAMARINDUS,

1. TAMARINDUS. *Hort. cliff.* 18. *Flor. zeyl.* 14. *Tournef. art.* 1699. p. 69.

Siliqua arabica, quæ Tamarindus. *Baub. pin.* 403.

Balam. pulli. *Rhed. mal.* 1. p. 39. t. 23.

*Pharmac*: TAMARINDI Fructus, Pulpa.

Habitat in regionibus fervidis *Arabia* & *utriusque India*.  
 Hospitatur in *Caldario*, arbor, f.

MELOTHRIA.

1. MELOTHRIA. *Hort. cliff.* 490. *descr.* *Gron. virg.* 10.  
*Bryonia* candadensis, folio angulato, fructu nigro.  
*Tournef. inst.* 102.

Cucumis minima, fructu ovali nigro lævi. *Sloan. flor.*  
 103. *hist.* 1. p. 227. t. 142. f. 1.

Cucumis parva repens virginiana, fructu minimo. *Pluk.*  
*alm.* 123. t. 85. f. 5.

Habitat in *Canada*, *Virginia*, *Jamaica*.

Hospitatur in *Caldario*, sæpe e parietibus pendula, annua luxurians.

CROCUS,

1. CROCUS floribus fructui impositis, tubo longissi-  
 mo. *Roy. lugab.* 41.

Crocus vernus latifolius flavus. *Baub. pin.* 66.

β. Crocus vernus latifolius purpureo-violaceus. *Baub.*  
*pin.* 66.

γ. Crocus autumnalis sativus. *Moris. hist.* 2. p. 335. f. 4.  
 t. 2. f. 1.

Crocus sativus. *Baub. pin.* 65.

Crocum. *Cam. epit.* 33.

*Pharmac.* CROCI BRITANNICI Pulvis, Tinctura, Ex-  
 tractum.

*Svecis* Saffran.

Habitat in alpibus *Helvetiæ*, *Traciæ*, *Lusitaniæ*, *Pyrenæorum*.



Hospitatur *sub dio*, florens, Bulbosa.

Obs. Folia singulari modo linea membranacea longitudinaliter exarantur.

## IXIA.

### 1. IXIA foliis ensiformibus, floribus remotis.

Habitat in *China*.

Hospitatur in *Frigidario*, *Caldario*, *Tepidario*, perennis.

Obs. *Facies Ireos*; Flores *lutei*, *maculis fulvis*; hanc debemus amicissimo  
D. Gmelino.

## GLADIOLUS.

### 1. GLADIOLUS foliis ensiformibus, *Hort. cliff.* 20.

Gladiolus floribus unoversu dispositis. *Baub. pin.* 41.

*Rudb. elys.* 2. p. 16. f. 3.

Gladiolus. *Ric. mon.* 163.

Habitat in pratis *Monspeli*, *Italiae*, *Tartariae*.

Hospitatur *sub dio*, bulbosa.

## ANTHOLYZA.

### 1. ANTHOLYZA.

Gladiolo *aetiopico* similis, planta angustifolia, caule  
hirsuto, flore rubicundissimo. *Comm. hort.* 1. p. 81.

t. 41. *Rudb. elys.* 2. p. 237. f. 15.

Gladiolus floribus rictum referentibus coccineis, supre-  
ma lacinia erecta & fistulosa. *Breyn. ic.* 21. t. 8.

Habitat in *Aethiopia*.

Hospitatur in *Tepidario*, bulbosa.

## IRIS.

### 1. IRIS corollis barbatis, caule foliis longiore multiflo- ro, *Hort. cliff.* 18.

Iris vulgaris violacea s. purpurea hortensis & sylve-  
stris. *Baub. hist.* 2. p. 708.

Iris hortensis latifolia. *Baub. pin.* 31.

*Pharm.* IRIS NOSTRATIS Radix, *Faecula*.

Habitat in *clivosis Germaniae*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obs. *Germen teres, subrotundum*.

### 2. IRIS collis barbatis, caule longitudine foliorum mul- tifloro. *Roy. lugdb.* 17.

Iris corollis barbatis, foliis altitudine caulis multiflo-  
ri, *Hort. cliff.* 19.



*Iris latifolia pannonica*, colore multiplici. *Bauh. pin.* 31.

*Iris lutea*, foliis florum repandis variegatis. *Bauh. hist.* p. 720.

Habitat in *Hungaria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

3. IRIS corollis barbatis, caule foliis brevioribus multifloro.

*Iris corollis barbatis*, foliis caulem multiflorum superantibus. *Hort. cliff.* 19.

*Iris humilis major saturate purpurea biflora*. *Tournef. inst.* 361.

*Chamaeiris major saturate purpurea*. *Bauh. pin.* 33.

*Chamaeiris latifolia biflora*. *Best. syst. vern.* 14.

Habitat in rupibus maritimis *Lusitaniae*.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

Obi. Bis in anno floret; Caulis communiter tres flores profert.

4. IRIS corollis imberbibus, fructu trigono; caule tereti foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19. *Gmel. Sibir.* 1. p. 28. *Hall. belv.* 280.

*Iris pratensis angustifolia non foetida altior*. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597.

*Iris angustifolia* 2. *Clus. hist.* 1. p. 227.

Habitat in pratis *Austriæ*, *Hungariæ*, *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

5. IRIS corollis imberbibus, fructu sexangulo, caule tereti, foliis sublinearibus. *Hort. cliff.* 19.

*Iris pratensis angustifolia*, folio foetido. *Bauh. pin.* 32.

*Iris angustifolia* 1. *Clus. hist.* 1. p. 228.

Habitat in pratis *Germania*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

6. IRIS corollis imberbibus, fructu hexagono, caule ancipiti, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 19.

*Iris angustifolia prunam redolens minor*. *Bauh. pin.* 33.

*Iris angustifolia* 6. *Clus. hist.* 1. p. 330.

Habitat ad radices montium *Viennæ*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

7. IRIS corollis imberbibus, foliis subulato canaliculatis caule brevioribus.



Iris foliis margine conniventibus, corollis imberbibus.  
*Hort. cliff.* 20.

Iris bulbosa cæruleo-violacea. *Baub. pin.* 40.

Xiphium cæruleo-violaceum. *Tournef. inst.* 364.

Habitat in *Hispania*.

Hospitatur sub dio, tecta hyeme, bulbosa.

## COMMELINA

1. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule procumbente glabro, petalis duobus majoribus. *Hort. cliff.* 21.

Commelina procumbens annua, saponariæ folio. *Dill. eltb.* 93. t. 79. f. 89.

Ephemerum phalangoides dipetalon africanum annuum, flore dipetalo. *Morif. hist.* 3. p. 606. f. 25. t. 2. f. 3.

Habitat in agris humidis *Æthiopiæ*, *Brasiliæ*, *Jamaicæ*.

Hospitatur in *Caldario*, annua, luxurians; sub dio non florens.

2. COMMELINA corollis inæqualibus, foliis ovato-lanceolatis, caule erecto scabro.

Commelina foliis ovato-lanceolatis, caule erectiusculo scabro, petalis duobus majoribus. *Hort. cliff.* 495. *Gran. virg.* 11.

Commelina erecta, ampliore subcæruleo flore. *Dill. eltb.* 94. t. 77. f. 88.

Habitat in *Virginia*.

Hospitatur in *Tepidario*, perennis.

Obl. Lana grisea ad vaginæ foliorum margines.

3. COMMELINA corollis æqualibus, foliis ovato-lanceolatis subciliatis:

Commelina foliis ovato-lanceolatis, petalis tribus majoribus æqualibus. *Hort. cliff.* 21.

Commelina radice anacampferotidis. *Dill. eltb.* 49. t. 79. f. 90.

Ephemerum phalangoides mexicanum surrectum, radice palmata. *Pluk. phyt.* 174. f. 4.

Habitat in *Mexico*.

Hospitatur in *Caldario*, perennis, fructificans.



CYPERUS,

1. CYPERUS serotinus odoratus, radice longa, paniculis ex locustis latis ferrugineis compactis. *Mont. gram. 12. t. 1. f. 2.*

Gramen cyperoides aquaticum majus, panicula cyperi longi ex crassioribus glumis compacta, at brevioribus petiolis donata. *Triumf. obs. 64. Raj. suppl. 626. Mich. gen. 45. Scheuch. gram. 380.*

Habitat *Bononia, Florentia* in paludosis.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis, nondum adulta.

DIGYNIA.

SACCHARUM.

1. SACCHARUM. *Hort. cliff. 26.*

Arundo saccharifera. *Baub. pin. 18. Sloan. flor. 31. hist. 1. p. 108. t. 66. f. bona.*

*Pharm. SACCHARUM varium, Syrupus.*

*Svecis Sacker-Rör.*

Habitat in *utroque India*, locis per hyemem inundatis.

Hospitatur in *Caldario*, perennis, sterilis, temperatarens.

PHALARIS.

1. PHALARIS panicula subovata spiciformi, glumis carinatis.

Phalaris radice annua. *Hort. cliff. 23.*

Phalaris major, femine albo. *Baub. pin. 28. Scheuch. gram. 52. Com. epit. 661.*

*Pharm. CANARIENSE Semen.*

*Svecis Canarie-Rör.*

Habitat in *Hetruria, Hispania, Narbona, Fortunatis.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

PANICUM.

1. PANICUM spica composita, aristis flosculo brevioribus. *Vir. cliff. 7.*

Panicum italicum s. panicula majore. *Baub. pin. 27. theatr. 519.*



*Panicum vulgare.* *Clus. hist.* 2. p. 215.

Habitat in utraque India.

Hospitatur sub dio, annuum.

2. PANICUM panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubescentibus. *Hort. cliff.* 27.

Milium femine luteo & albo. *Bauh. pin.* 26. *theatr.* 502.

Milium nostras. *Dalech. hist.* 409.

*Svecis Hirs.*

Habitat in India.

Hospitatur sub dio, annuum, sæpius maturans femina.

## M E L I C A,

1. MELICA petalis imberbibus, panicula ramosissima.

Melica flosculis glabris: summo urceolari, *Gmel. sibir.*

1. p. 98. t. 20.

Gramen avenaceum, panicula heteromalla, locustis amplissimis. *Amm. rutb.* 171. n. 246.

Habitat in Sibiria.

Hospitatur sub dio, perennis.

## L A G U R U S.

1. LAGURUS spica ovata. *Hort. cliff.* 25.

Alopecurus. *Dod. pempt.* 541.

Gramen alopecuroides, spica rotundiore. *Bauh. pin.* 4. *theatr.* 56.

Habitat in Helvetia, Italia, Gallia, Sicilia.

Hospitatur sub dio, annua.

## B R I Z A.

1. BRIZA spiculis ovatis, flosculis septendecim.

Gramen tremulum maximum. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 54.

*prodr.* 5. t. 5. *Scheuch. gram.* 202.

Habitat in montibus Italiae.

Hospitatur sub dio, annua, †.

## A V E N A.

1. AVENA calycibus dispermis, seminibus lævibus.

*Hort. cliff.* 25.

2. Avena nigra. *Bauh. pin.* 23.

Avena. *Dod. pempt.*

3. Avena vulgaris & alba. *Bauh. pin.* 23, *theatr.* 469.

*Svecis Hvithafra.*



*Pharmac.* AVENA excorticata.

*Svecis* Hafre.

Habitat. - - -

Hospitatur ubique in agris pro Equis, annua.

TRITICUM.

1. TRITICUM radice annua, glumis ventricosis glabris imbricatis aristatis.

Triticum radice annua, spica glabra arista. *Hort. cliff.* 24.

Triticum æstivum. *Baub. pin.* 21.

Triticum trimestre. *Moris. hist.* 3. f. 8. t. 1. f. 10.

*Svecis* Sommar-hwete.

Habitat - - -

Hospitatur rarius in agris, annua aut biennis.

2. TRITICUM radice annua, glumis ventricosis lævibus imbricatis submuticis.

Triticum radice annua, spica mutica. *Hort. cliff.* 24.

Triticum hybernum aristis carens. *Baub. pin.* 21. *theatr.* 352.

Siligo spica mutica. *Lob. hist.* 14.

*Pharmac.* AMYLUM, Pulvis cyprius.

*Svecis* Winter-hwete.

Habitat - - -

Hospitatur in Agris biennis.

3. TRITICUM radice annua, glumis ventricosis villosis imbricatis obtusis.

Triticum radice annua, glumis villosis. *Hort. cliff.* 24.

Triticum spica villosa quadrata brevior & turgidior. *Moris. hist.* 3. p. 176. f. 8. t. 1. f. 14.

*Svecis* Kubb-hwete.

Habitat - - -

Hospitatur raritas in agris per se, sed sæpius præcedenti mixtum occurrit, biennis.

4. TRITICUM calycibus truncatis quadrifloris, flosculis aristatis hermaphroditis: intermedio neutro.

Zea dicoccos vel Zea major. *Baub. pin.* 22. *theatr.* 412.

t. 413.

Zea f. Spelta. *Baub. hist.* 2. p. 412. *Raj. hist.* 1242.

*Svecis* Spelt.



Habitat - - -

Hospitatur sub dio, biennis.

Obi, Glumas non facile deponit.

## SECALE.

1. SECALE glumarum ciliis scabris.

α. Secale hybernum vel majus. *Baub. pin. 22. theatr. 425.*

Rogga s. Secale. *Dod. pempt. 499.*

*Svecis Winter-Råg.*

β. Secale vernum s. minus. *Baub. pin. 23.*

*Svecis Wår-Råg.*

Habitat - - -

Hospitatur α in agris *Sveciae, Scaniae*, biennis; β. vero in *Gothiae* plerisque agris, annua.

## ELYMUS.

1. ELYMUS aristis spicula longioribus.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis, involucri flosculos crassitie & longitudine superantibus.

*Gron virg. 13.*

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur sub dio,

Obi. Involuerum tetraphyllum s. duo calyces eidem spicæ denticulo, juxta se invicem, impositi.

2. ELYMUS spica flacido-pendula.

Triticum radice perenni, spiculis binis longissime aristatis. *Gmel. sibir. 1. p. 123. t. 28.*

Habitat in *Sibiria.*

Hospitatur sub dio. perennis.

Descr. Radix minus repens; Culmus bipedalis. Folia arundinacea, viridia, sed molliora, utrinque retrorsum scabra. Spica Spithamæa, sed culmo inter spiculas compressa, & fere membranacea, hinc erecta stare nequit, sed laxa nitet. Spicæ structura convenit cum SECALE spiculis geminatis.

*Fl. Sv. 106.* quæ pariter dendi culmi spiculas duas juxta se invicem positas gerit. utrumque calycis in medio constitit totiusque duobus spicula brevioribus aristatis, adeoque supra o denticulo culmi, quatuor foliola calycina insident. Spicule aristate, calyce longioribus sunt. Facies TRITICI radice repente. *Fl. Sv. 105.*

Obi. Elymus gaudet calyce tetraphyllo, qui continet duas spiculas, juxta se impositas eidem denticulo spicæ; in Hordeo calycis gluma hexaphylla est, & tres flosculos continet; in Secale vero diphylla est.

## HORDEUM

1. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus corticatis.



Hordeum polystichum vernum. *Baub. pin. 22. theatr.*  
439.

Hordeum. *Dod. pempt. 501.*

*Pharm. CEREVISIA (Pryssing) dantiscana,*

*Svecis Korn. Gothis Biugg.*

Habitat - - -

Hospitatur ubique in agris, annuum.

2. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus decorticatis.

*Svecis Himmels-korn.*

Habitat - - -

Hospitatur rarius in Agris, annuum.

3. HORDEUM flosculis omnibus hermaphroditis, seminibus sexfariam æqualiter positis.

*Svecis Kågel-korn.*

Habitat - - -

Hospitatur sub dio, annuum, minus frequens.

4. HORDEUM flosculis lateralibus masculis mutuis; angularibus imbricatis.

Hordeum distichum. *Baub. pin. 23. theatr. 440. Dod. pempt. 501.*

*Svecis Gumring, Gumrik.*

Habitat - - -

Hospitatur præsertim in Oelandia & Gottlandia agris, annuum.

5. HORDEUM flosculis lateralibus masculis muticis, angularibus horizontalibus.

Hordeum distichum, spica brevior & latior, granis confertis *Raj. hist. 1243.*

*Zeocryton f. Oryza germanica. Baub. pin. 22.*

*Svecis Skyffel-korn.*

Habitat - - -

Hospitatur sub dio, annuum, rarius.

## TRIGYNIA

### ALSINE.

1. ALSINE foliis subcordatis, stipulis utrinque quaternis.



Alfine americana, nummulariæ folio. *Herm. parad.* II. t. II. *Pluk. alm.* 21. t. 75. f. 7? *Raj. app.* 499.

Habitat in Jamaica, Surinama, Noveboraco.

Hospitatur in tepidario, annua, repens, †.

## MOLLUGO.

I. MOLLUGO foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunculis unifloris.

Mollugo foliis sæpius septenis lanceolatis. *Gron. virg.* 14.

Alfine - spergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem insidentibus, calycibus eleganter punctatis. *Pluk. mant.* 9. t. 332. f. 5.

Habitat in Virginia & Terra Mariana.

Hospitatur in caldario, annua.

Descr. Radix annua. Caulis multiplex, dichotomus terre appressus, articulatus: articulis teretibus substriatis, nudis basi nodosis & crassis, incarnatisque. Folia ad genicula quinque (interdum septem) lanceolata, superne latiora seu cuneiformia, acuminata, in petiolos desinentia integerrima, glabra, subramosa, longitudinaliter excavata, verticillatim posita. Pedunculi quinque vel septem, capillares, folio breviores, nudi, simplici, stri, uniflori. Calyces oblongi, pentaphylli, externe virides, interne albi, persistentes, glabri. Stamina tria & Pistilla tria alba. Capsula trivalvis, Semina ruffa, striata.

## TILLEA.


I. TILLEA erecta.

Sedum anuum minimum stellatum rubrum. *Magn. monsp.* 228. t. 229.

Habitat Monspelii inter muscos in luco Gramuntii.

Hospitatur in apricario, annua †.

Descr. Planta minima, erecta, annua. Rami pauci, erectiusculi. Folia ovata, oblongo-teretia, apice hemispharico, basi soluta versatilia, alterna. Flores ex axis foliorum solitarii, sessiles, adeoque minime corymbosi. Calyx quadrifidus, Petala quatuor, Cranius 3. f. 9. minima, exalbida. Pistilla totidem patentia, rubra. Stamina - - - Hinc inter Tilleam, Crassulam & Sedum quasi intermedia.





CLASSIS IV.

# TETRANDRIA.

## MONOGYNIA.

### CEPHALANTHUS.

1. CEPHALANTHUS foliis oppositis ternatisque.

*Gron. virg. 15.*

*Cephalanthus foliis ternis. Hort. cliff. 73.*

*Platanocephalus tini foliis ex adverso ternis. Vaill. act. 1722. p. 259.*

*Scabiosa dendroides americana, ternis foliis circa caulem ambientibus, floribus ochroleucis. Pluk. alm. 336. t. 77. f. 4.*

*Valerianoides americana, flore globoso, pisaminis folio. Pet. cent. 28. n. 293.*

*Habitat in america septentrionali.*

*Hospitatur in Hybernaculo vario, arbor.*

### DIPSACUS.

1. DIPSACUS foliis connato-perfoliatis.

*Dipsacus capitulis florum conicis. Hort. cliff. 29.*

*Dipsacus sylvestris aut Virga pastoris major. Baub. pin. 385.*

*Dipsacus sylvestris. Dod. pent. 735.*

β. *Dipsacus sativus. Baub. pin. 385. Dod. pent. 735.*

γ. *Dipsacus folio laciniato. Baub. pin. 385. Moris. hist. 3. p. 158. f. 7. t. 36. f. 4.*

*Dipsacus sylvestris, laciniato folio. Baub. hist. 3. p. 75. Svecis Kardor.*

*Habitat in Anglia, Gallia, Italia, at γ in Asia & circa Azow.*

*Hospitatur sub dio, biennis, cicur*

*Obs. Varietas γ convenit in omnibus fructificationis partibus cum hac specie*

*exceptis foliorum basibus coadunatis seu perfoliatis, adeoque specie non distinguo, licet varietas insignis.*

2. DIPSACUS foliis petiolatis appendiculatis.

*Dipsacus capitulis florum subglobosis. Hort. cliff. 30.*



*Dipsacus sylvestris*, capitulo minore s. *Virga pastoris minor*. *Baub. pin.* 385.

*Dipsacus tertius*. *Dod. pempt.* 735.

*Succisa hirsuta*, lapathi folio, flore albo. *Vaill. act.* 1722. p. 238.

Habitat in *Anglia*, *Gallia*.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

## SCABIOSA.

1. SCABIOSA corollulis quadrifidis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. *Hort. cliff.* 30.

*Scabiosa alpina*, foliis centauriimajoris. *Baub. pin.* 270.

*Scabiosa alpina centauroides*. *Best. eyft. æst.* 122.

*Succisa* foliis pinnatis: pinnis serratis, capitulis hispidis congestis. *Hall. helv.* 672.

Habitat in *Alpibus Helveticis*, *Italicis*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. SCABIOSA corollulis quadrifidis calyce brevioribus, foliis radicalibus lyratis, caulinis pinnatis. *Roy. lugdb.* 189.

*Scabiosa altissima annua*, foliis agrimoniae nonnihil similibus. *Herm. lugdb.* 539. *Moris. hist.* 3. p. 46. f. 6. t. 13. f. 13.

Habitat in *Transylvania Hungariae*.

Hospitatur *sub dio*, annua, vix semina maturans †.

Descr. Folia fere antecedentis, sed minora. Caulis humanae altitudinis, angustissimus: Folia radicum pinnatifida, laciniis extrorsum obtuse serrata; Folia superiora pinnata impari lanceolata, integerrima, lateralibus linearibus. Capitula parva paleis rigidis mucronatis; flosculi parvi, pallidi, antheris caeruleis.

3. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis dissectis, receptaculis florum subulatis. *Hort. cliff.* 31.

*Scabiosa peregrina rubra*, capite oblongo. *Baub. pin.* 270.

*Scabiosa* 6. *indica*. *Clus. hist.* 2. p. 3.

Habitat in *Indiis*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

4. SCABIOSA corollulis quinquefidis, foliis dissectis, receptaculis florum subrotundis. *Hort. cliff.* 31.

*Scabiosa stellata*, folio laciniato, major. *Baub. pin.* 271.



Scabiosa major hispanica. *Clus. hist. 2. p. 1.*

Habitat in agro Salmanticensi Hispania.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. pulchro gaudet fructu descripto in Hort. Clifort.

## K N A U T I A,

1. KNANUTIA. *Hort. cliff. 32.*

Lychni-scabiosa, flore rubro, annua. *Boerb. lugdb.*

*p. 131.*

Scabiosa orientalis, caryophylli flore. *Vaill. act. 1722.*

*p. 241.*

Habitat in Oriente.

Hospitatur sub dio, annua.

## A S P E R U L A.

1. ASPERULA foliis senis, floribus sessilibus. *Hort. cliff. 33.*

Asperula cærulea. *Dod. pempt. 355.*

Asperula cærulea arvensis. *Baub. pin. 355.*

Habitat in agris Gallia.

Hospitatur sub dio, annua, cicur.

## C R U C I A N E L L A.

1. CRUCIANELLA erecta, foliis senis.

Crucianella foliis linearibus. *Hort. cliff. 32.*

Rubeola angustiore folio. *Tournef. inst. 140.*

Rubia angustifolia spicata. *Baub. pin. 334. prodr. 145.*

Habitat Monspeli.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Caulis erectus, tetragonus. Folia sex s. quinque, erecta, linearia, acuta.

2. CRUCIANELLA procumbens, foliis quaternis,

Crucianella foliis lanceolatis. *Hort. cliff. 33.*

Rubeola latiore folio. *Tournef. inst. 130.*

Rubia latifolia spicata. *Baub. pin. 334.*

Rubia spicata cretica. *Clus. hist. 2. p. 177.*

Habitat Monspeli & in Creta.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Caulis diffusus, obsolete quadrangulus. Folia quaterna, patentia, lanceolata.

## G A L I U M.

1. GALIUM foliis pluribus linearibus, pedunculis dichotomis, summo caule floriferis. *Roy. lugdb. 156.*

Ga-



*Galium saxatile*, glauco folio. *Bocc. mus.* 2. p. 172.  
t. 116.

Habitat in *Tartaria* deserto nagaico.  
Hospitatur sub dio, perennis.

2. **GALIUM** foliis senis cuneiformi-lanceolatis mucronatis glabris.

Habitat - - -  
Hospitatur sub dio, perennis.

Deser. CAULES plurimi ascendentes, quadranguli, glabri, lateribus sulco excavati, longitudine digiti. Folia sex, verticillata, linearia, sursum latiuscula, concava, spinula inveni terminata, glabra, nitida. Flores in racemum coarctatum, minimum degeneri. Corollæ flavæ, antheris fulvis, stylo pallidior, duplici stigmatate capitato. Pericarpia didyma, glabra, nitida, supra rufescentia, carnosâ, magna.

A P A R I N E,

1. **APARINE** foliis senis lanceolatis retrorsum aculeatis, fructu glabro.

Aparine foliis crebrioribus & semine læviore. *Morist. hist.* 3. p. 332.

Aparine semine læviore. *Raj. hist.* 484. *syn.* 3. p. 225.

Aparine lævis. *Park. theatr.* 567.

Habitat in agris & cultis *Europæe*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Caules difusi, similes Aparine vulgari, sed minores. Folia ad verticillos sex, lanceolata, retrorsum aculeata tam superficie, quam angulis; non vero octo folia ut in vulgari; Semina glabra sunt, per maturitatem vix rugosa.

R U B I A,

1. **RUBIA** foliis senis. *Hort. cliff.* 35.

Rubia tinctorum sativa. *Bauh. pin.* 33.

Rubia. *Dod. pempt.* 532.

*Pharm.* RUBIÆ TINCTORUM Radix, Tinctura.

*Svecis* Krapp.

Habitat *Monspeli* & in pratis *Danubii*.

Hospitatur sub dio & in *Frigidario*.

P L A N T A G O.

1. **PLANTAGO** caule ramoso, foliis dentatis, spicis nudis.

Psyllium dioscoridis vel indicum, foliis crenatis. *Bauh. pin.* 191.

*Pharm.*



*Pharm.* PSYLLII Semina, *Mucilago.*Habitat ut fertur in *India.*Hospitatur *sub dio*, annua.

Descr. Caules erecto-diffusi, vestiti pilis brevissimis, confertis, pellucidis, gluten secernentibus. Folia linearia, versus apicem dentata, revoluta, inferiora opposita, superiora ternata. Pedunculi ex alis, SPICA subovata, non cincta foliis longioribus sed nuda; flores destituti bracteis linearibus.

## 2. PLANTAGO caule ramoso, foliis integerrimis, spicis foliosis.

Plantago annua, foliis integerrimis, caule ramoso erecto. *Hort. cliff.* 37.

Psyllium majus erectum.

Habitat in sepibus *Italiae & Gallo-provinciae.*Hospitatur *sub dio*, annua.

Descr. Caules erecti, vestiti pilis inaequalibus, albis, sparsis, nec gluten secernentibus. Folia linearia, minime dentata, basi laevata, superiora ternata. Pedunculi ex alis spica subovata, basi cincta foliis quatuor spica longioribus inaequalibus. Flores destituti bracteis ovatis.

\* PLANTAGO foliis ovatis glabris. *Fl. Svec.* 122.β. Plantago latifolia rosea, floribus quasi in spicam dispositis. *Baub. pin.* 189.

Plantago rosea. *Baub. hist.* 3. p. 503.

Habitat in *Europa* passim.Hospitatur *sub dio*, biennis sæpius.

Obs. Varietas hæc gerit bracteis spicæ in folia enatas, unde spica foliosâ evadit.

## E P I M E D I U M

1. EPIMEDIUM. *Hort. cliff.* 37. *Dod. tempt.* 599. *Lob. hist.* 176.Habitat in *Alpibus Euganeis, Ligurinis, Pontebæ*, locis humentibus, umbrosis.Hospitatur *sub dio*, perennis, florens.

## C O R N U S.

1. CORNUS umbellis involucrum æquantibus. *Hort. cliff.* 38.

Cornus hortensis mas. *Baub. p.* 441.

Cornus. *Clus. hist.* 1. p. 12.

Habitat in *Misnia, Austria.*Hospitatur in *Frigidario*, arbor.2. CORNUS involucro maximo: foliolis obverse cordatis. *Hort. cliff.* 38. *Gron. virg.* 17.

Cornus mas virginiana, flosculis in corymbum digestis,  
a pe-



a periantho tetrapetalo albo radiatim einctis. *Pluk. alm. 20. Catesb. carol. 1. p. 27. t. 27.*

Habitat in *Virginia*.

Hospitatur in *Tepidario*, arbor.

## EVONYMUS.

1. EVONYMUS foliis lato-lanceolatis ferratis.

*Evonymus foliis lanceolatis. Gron. virg. 17.*

*Evonymus virginianus, pyracanthæ foliis, capsula veruccarum instar exasperata rubente. Pluk. alm. 139. t. 115. f. 5.*

Habitat in *Virginia*.

Hospitatur in *Frigidario*, arbor †.

Obs. Huic Calyx, corolla, Stamina, loculamenta fructus, quinquepartita in omnibus floribus.

## PTELEA.

1. PTELEA. *Hort. cliff. 36. Gron. virg. 138.*

Frutex virgianus trifolius, ulmi samaris, bannisteri.

*Pluk. alm. 159. Dill. eltb. 147. t. 122. f. 148.*

Habitat in *Virginia*.

Hospitatur in *Tepidario*, arbor.

## LUDWIGIA.

1. LUDWIGIA capsulis cubicis apice perforatis.

*Lysimachia non papposa, flore luteo majore, siliqua caryophylloide minore, ex virginia. Pluk. alm. 235. t. 203. f. 2.*

Habitat in aquosis *Virginiae*.

Hospitatur in *Tepidario* perennis †

Descr. Planta pedalis, facie *Jussieæ octandrae*. Caulis erectus, ramosus. Folia alterna, lanceolata, integerrima. Flores laterales, solitarii, calyce clausus, primum lateribus modo debiscens, dein apertus, maximus, deciduus. Petala ovata, longitudine calycis, lutea, intra calycem. Stamina quatuor parva. Pistillum unicum, capitatum. Germen tetragonum, angulis membranaceis. Capsula calyce brevior, glabra, cubica, ore perforato. Pedunculi breves, acuti, foliis duobus oppositis.

## AMMANNIA.

1. AMMANNIA foliis semiamplexicaulibus. *Hort. cliff. 344.*

*Aparines folio anomala, vasculo seminali rotundo, semina minutissima continente. Sloan. flor. 50. hist. 1. p. 44. t. 7. f. 4. Raj. suppl. 164.*

Habi-



Habitat in locis humentibus *Caribæarum*,  
Hospitatur in *Caldario*, annua.

## E L Æ A G N U S.

1. ELÆAGNUS foliis lanceolatis. *Roy, lugdb. 250.*  
 Elæagnus. *Hort. cliff. 38. Cam. epit. 106.*  
 Olea sylvestris, folio molli incano. *Baub. pin. 473.*  
 Ziziphus cappadocica. *Dod. pempt. 807.*  
 Habitat in *Bohemia, Hispania, Syria, Cappadocia.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, arbor. †

## R I V I N A.

1. RIVINA. *Hort. cliff. 35.*  
 Solanoides americana, circææ foliis canescentibus,  
*Tournef. aët. 1706.*  
 Solanum barbadense racemosum minus tinctorium, cir-  
 cææ foliis mollibus & incanis. *Pluk. alm. 112. t.*  
*112. f. 2.*  
 Amaranthus baccifer, circææ foliis. *Comm. hort. 1.*  
*p. 127. t. 66. bona.*  
 Habitat in insulis *Barbados, Jamaica, Caribæarum.*  
 Hospitatur in *Caldario*, arbor, luxurians, sempervirens.

## D I G Y N I A.

## H Y P E C O U M.

1. HYPECOUM filiquis arcuatis compressis articula-  
 tis.  
 Hypecoum filiquis erectis articulatis incurvis. *Morif.*  
*hist. 2. p. 279.*  
 Hypecoum. *Baub. pin. 172. Dod. pempt. 449. Hort.*  
*cliff. 38.*  
 Habitat inter segetes *Narbonenses & Salmanticensis.*  
 Hospitatur *sub dio*, annua.  
 Obs. Planta terræ incumbit, nec erecta est. Siliquæ *infectuntur, nec reser-*  
*tantur. Siliqua debiscit articulatim, nec in binas valvulas.*
2. HYPECOUM filiquis pendulis teretibus æqualibus.  
 Hypecoum alterum. *Raj. hist. 1328.*  
 Hypecoum tenuiore folio. *Tournef. inst. 230.*

Hype-



Hypecoum filiquis pendentibus non articulatis bivalvibus incurvis. *Moris. hist. 2. p. 280.*

Cuminum sylvestre filiquatum ponæ. *Dalech hist. 698.*

Cuminum alterum dioscoridis sylvestre filiquosum.

*Lob. ic. 743.*

Habitat non procul *Aquis sextis.*

Hospitatur sub dio annua.

Obs. Planta erecta. Siliquæ rectæ, deorsum omnino pendulæ, pedunculo rigido offixæ, longitudinaliter bivalves, non articulatæ.

3. HYPECOUM filiquis erectis teretibus torulosis.

Hypecoum tenuifolium, filiquis erectis teretibus.

*Amm. ruth. 58. t. 9.*

Habitat in *Dauria.*

Hospitatur sub dio, annua, †

Obs. Flos quadruplo major, quam in reliquis. Siliquæ bivalves, erectæ, torulis nodosæ, neque pendulæ, neque incurvæ.

## TRIGYNIA.

### ILEX.


1. ILEX foliis ovatis acutis spinosis. *Hort. cliff. 40.*

Ilex aculeata baccifera, folio sinuato. *Baub. pin. 425.*

Aquifolium s. Agrifolium. *Lob. hist. 582.*

Habitat in umbrosis *Germaniæ, Galliæ, Angliæ.*

Hospitatur in *Frigidario*, arbor, sempervirens.





CLASSIS. V.

PENTANDRIA

MONOGYNIA.

HELIOTROPIUM.

1. HELIOTROPIUM foliis ovatis integerrimis tomentosis rugosis.

Heliotropium foliis ovatis integerrimis, spicis conjunctis. *Hort. cliff.* 45.

Heliotropium majus dioscoridis. *Baub. pin.* 253.

Heliotropium *Dod. pempt.* 70.

Habitat ad agrorum limites in Gallo-provincia, Italia, Sicilia, Madera. Hospitatur sub dio, annua; in Caldario luxurians.

2. HELIOTROPIUM foliis lanceolato-linearibus glabris aveniis. *Hort. cliff.* 45.

Heliotropium indicum procumbens glaucophyllum, floribus albis. *Pluk alm.* 182. t. 36. f. 3.

Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo. *Sloan. flor.* 94. *hist.* 1. p. 213. t. 132. f. 3.

Heliotropium curassavicum, foliis lini umbilicati. *Morif. hist.* 3. p. 452 f. 14. t. 31. f. 12.

Habitat in paludosis maritimis Jamaicae, Mexicae, Curassaviae. Hospitatur in Caldario, annua, †.

CYNOGLOSSUM.

1. CYNOGLOSSUM staminibus corollam æquantibus.

Cynoglossa montana maxima frigidarum regionum.

*Col. ecphr.* 1. p. 168. t. 170.

Habitat in Italia.

Hospitatur sub dio, biennis.

Desc. Radix biennis, altero anno proferens caulem floribus ovatum et clavatum. Calyces longitudine fere corollae, stamina corollae longitudine vel paulo longiora, cum in reliquis intra faucem occultentur. Facies propria plantae florentis & fructificantis vulgaris cynoglossi; non tamen varietas, sed distincta species est.

2. CYNOGLOSSUM foliis lineari-lanceolatis glabris.

*Hort. cliff.* 47.



Cynoglossum minus album, lini foliis glaucis, semine umbilicato. *Morif. hist. 3. p. 449. f. 11. t. 30. f. 11.*

Linum umbilicatum. *Park. theatr. 1687.*

Omphalodes lusitanica, lini foliis. *Tournef. inst. 40.*

Habitat in *Lusitania.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## B O R R A G O.

1. BORRAGO foliis omnibus alternis, calycibus patentibus.

Borrigo calycibus patentibus. *Hort. cliff. 44.*

Borrigo floribus cæruleis. *Tournef. inst. 133.*

Buglossum latifolium, Borrigo. *Baub. pin. 256.*

β. Borrigo floribus albis. *Tournef. inst. 133.*

*Pharmac.* BORRAGINIS Herba, Syrupus, Aqua, Flores, Conserva.

*Svecis* Stoffer-blomma.

Habitat nunc passim per *Europam*, seminibus ex australibus terris delatis.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

2. BORRAGO foliis ramificationum oppositis, calycis foliolis sagittatis.

Borrigo calycinis foliis sagittatis erectis. *Hort. cliff. 45. Fl. zeyl. 71.*

Borriginoides angustifolia, flore pallecente cæruleo. *Boerb. lugdb. 1. p. 188. t. 188.*

Cynoglossoides folio caulem amplexante. *Isnard. act. 1718. p. 325. t. 10.*

Habitat in *Zeylona.*

Hospitatur in *Vaporario*, annua.

Obs. Folia opposita ad ramificationes caulis, alterna vero ubi flores absque ramis

## L Y C O P S I S.

1. LYCOPSIS foliis repandis dentatis callosis, caule decumbente, corollis cernuis.

Lycopsis foliis repando-dentatis. *Hort. cliff. 44.*

Buglossum creticum verrucosum. *Stiff. bot. 57. t. 57.*

Buglossum creticum, cauliculis procumbentibus, flore variegato odorato, echii foliis verrucosis. *Herm. lugdb. 98.*

Buglos-



Buglossum annuum humile, bullatis foliis, flore cæruleo eleganter variegato. *Moris. hist. 3. p. 439. f. II. t. 26. f. 10.*

Habitat in Creta e rimis muris *Candia* urbis, et in Monte *Hymetto* prope *Athenas*.

Hospitatur in *Frigidario*, annua.

2. LYCOPSIS foliis integerrimis, calycibus! fructuum inflatis pendulis. *Hort. cliff. 44.*

Echioidês flore pullo. *Riv. mon. 11.*

Buglossum procumbens annuum, pullo minimo flore, *Moris. hist. 3. p. 439. f. II. t. 26. f. 11.*

Habitat in *Hungaria*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Pedunculi non ex alis, sed supra alas exeunt et caule, quod non modo huic, sed et reliquis asperifoliis commune.

## E C H I U M.

1. ECHIUM corollis vix calycem excedentibus: margine villosis.

Echium majus & asperius flore albo. *Baub. pin. 254. Raj. hist. 498.*

Echium flore albo. *Cam. epit. 738.*

Echi altera species. *Dod. pempt. 631.*

Lycopsis. *Baub. pin. 255.*

Habitat in *Anglia, Italia.*

Hospitatur in *Frigidario*, biennis.

Obs. Differt ab *Echio vulgari Fl. sæc. 158. foliis pallidioribus, angustioribus, levioribus; racemis minoribus, corollis cinereis s. cæruleo-exalbidis vix calyce longioribus.*

2. ECHIUM calycibus fructiferis distantibus.

Echium caule simplici, foliis caulinis linearibus, floribus spicatis ex alis. *Hort. cliff. 43.*

Echium creticum angustifolium & latifolium rubrum, *Baub. pin. 254.*

Echium rubro flore. *Raj. hist. 499.*

Habitat in *Syria*, unde semina habui.

Hospitatur sub dio, annua, †.

Obs. Differt caule magis ramoso, magis folioso; foliis magis ovatis, corollis maximis rubris.

## C E R I N T H E.

1. CERINTHE foliis cordatis sessilibus *Hort. cliff. 48.*



Cerinte flore ex rubro purpurascente. *Baub. pin. 258.*

Cerinte quorundam major, flore ex rubro purpurascente. *Baub. hist. 3. p. 603. Clus. hist. 168.*

β. Cerinte, flavo flore, asperior. *Baub. pin. 258.*

Cerinte quorundam major, flavo flore. *Clus. hist. 2, v. 167.*

Habitat in *Europa australi.*

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

## M E S S E R S M I D I A.

### I. MESSERSMIDIA.

*Argusia montana. Amm. ruth. 38.*

Habitat in aridis apricis glareosis *Dauriae ad Argun.*

Hospitatur *sub dio*, et in *Frigidario*, difficilis.

Descr. Caules pedales, superne ramosi, subpilosi. Folia lanceolata, integra. Pedunculi ex alis, ad summitates caulis corymbosi, longitudine foliorum. Calyces hirsuti. Utrum hæc Cerinthes species sit nec non, de planta adhuc non florente determinare difficile; hinc genus dubium propono.

## A N D R O S A C E.

### I. ANDROSACE perianthiis maximis.

Androsace vulgaris latifolio annua. *Tournef. inst. 123.*

Androsace altera matthioli. *Clus. hist. 2. p. 134.*

Androsace altera *Cam. epit. 639.*

Habitat inter segetes *Viennæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua, f.

## P R I M U L A.

### I. PRIMULA foliis serratis glabris. *Virid. cliff. 12.*

Primula foliis serratis carnosis glabris. *Hort. cliff. 50.*

Auricula ursi: species 1-5. *Clus. hist. 1. p. 302.*

Auricula ursi: species 1-16. *Tournef. inst. 121.*

Sanicula alpina: sp. 1-6. *Baub. pin. 242.*

Habitat in alpibus, *Helveticis, Austriacis.*

Hospitatur *sub dio*, perennis, florens, sempervirens.

Obs. Varietates hujus speciei sunt sequentes:

α planta glabra, viridis, corollarum laciniis bifidis, limbo erecto, purpureo, fauce flava.

β planta subfarinacea, corollarum laciniis emarginatis, limbo plano rubro, fauce flava.

γ planta farinacea, corollarum laciniis integris, limbo erecto rubro, fauce pallida.

δ planta farinacea, corollarum laciniis repandis, limbo patente atropurpureo, fauce alba, medio lutea.



\* PRIMULA foliis denticulatis rugosis. *Fl. Svec.* 161.  
 β. Primula veris prolifera, flore purpureo. *Tournef. inst.*  
 125.

γ. Primula veris, pallido flore, elatior. *Clus. hist.* 1. p. 301.  
 Verbasculum pratense, vel sylvaticum inodorum.  
*Baub. pin.* 241.

Habitat β in oriente, γ passim per Europam australiorem.

Hospitatur sub dio, perennis, florens.

Obl. Singularis est varietas β quæ calyce gaudet corolliformi.

## L Y S I M A C H I A.

1. LYSIMACHIA foliis lanceolato-linearibus, spicis terminalibus. *Roy. lugdb.* 415.

Lysimachia foliis lanceolato linearibus, caulem & ramos spica ovata terminante. *Hort. cliff.* 51.

Lysimachia orientalis minor, foliis glaucis annu-entibus, flore purpureo. *Till. pis.* 106. t. 40. f. 2.

Lysimachia orientalis angustifolia, flore purpureo.  
*Tournef. cor.* 7. *Comm. rar.* 93. t. 33.

Lysimachia spicata purpurea minor. *Buxb. cent.* 1. p. 22. t. 33.

Habitat in Oriente.

Hospitatur in Frigidario, biennis, †,

Descr. Radix biennis. Caulis erectus. Folia glauca. Calyces atro-purpurei. Corollæ sanguineæ, erectæ, nec patulæ. Flores in spica sessiles, nec ut in Lysimachia Ina Hort. cliff. pedunculati, cui alias simillima planta.

2. LYSIMACHIA calycibus corollam superantibus, caule-erecto ramosissimo. *Roy. lugdb.* 416.

Lysimachia annua minima, polygoni folio. *Tournef. inst.* 142.

Passerina minor saxatilis, quibusdam Chamæ Linum stellatum. *Pluk. alm.* 281.

Linum minimum stellatum. *Baub. pin.* 214. *prodr.* 107.  
*Magn. monsp.* 163. t. 162. *Raj. hist.* 1076.

Habitat Monspelii.

Hospitatur sub dio, annua.

Descr. Radix annua. Caulis digitalis longitudinis, erectus, tetragonus, lateribus oppositis concavis, Folia opposita, lanceolata aut ovato-oblonga, acuminata, integerrima, sessilia. Rami ex alis inferioribus. Pedunculi oppositi, folio breviores, solitarii. Calyx patens, corolla sextuplo longior, foliolis lanceolatis, acuminatis. Corolla minima, alba, quinquesida, rotunda-



ta. Stamina quinque. Pistillum unum. Capsula globosa, in pedunculo nutante, quinquevalvis, stylo mucronata. Hinc corollæ parvitas, novum genus caussaret, nisi ejusdem structura receptum agnosceret.

## A N A G A L L I S.

1. ANAGALLIS foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 52.  
 Anagallis cærulea, foliis binis ternisve ex adverso nascentibus. *Baub. pin.* 252.  
 Anagallis tenuifolia monelli. *Clus. app. alt. fig.*  
 Habitatio incerta. *Johannes Monellus* 1662 *Gadibus* semina *Clusio* misit.  
 Hospitatur in *Tepidario*, perennis.

## P H L O X.

1. PHLOX foliis lineari-lanceolatis, caule recto, corymbo terminali. *Hort. cliff.* 63. *Gron. virg.* 21.  
 Lychnidea folio melampyri. *Dill. elth.* 203. t. 166. f. 202.  
 Habitat in *Virginia*.  
 Hospitatur in *Frigidario*, perennis, †.

## C O N V O L V U L U S.

1. CONVULVULUS calycibus tuberculatis pilosis. *Virid. cliff.* 18. *Gron. virg.* 141.  
 Convolvulus annuus foliis cordatis rarius trilobis, calyce tuberculato piloso. *Hort. cliff.* 67.  
 α. Convolvulus purpureus, folio subrotundo. *Baub. pin.* 295.  
 Campanula indica. *Baub. hist.* 2. p. 165.  
 β. Convolvulus cærulæus, hederaceo anguloso folio. *Baub. pin.* 295. *Dill. elth.* 96. t. 80. f. 91.  
 γ. Convolvulus cæruleus, hederaceo folio magis anguloso. *Dill. elth.* 96. t. 80. f. 92.  
 Habitat α in *Syria*. β in *Asia*, *Africa*, *America*, γ in *Æthiopia*.  
 Hospitatur in *Caldario*; α sub dio, sed difficile maturatur, & primo gelu corrumpitur. β. γ. vero in *Caldario*. annua.  
 2. CONVULVULUS foliis lanceolato-ovatis nudis, caule recto, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 68,  
 Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo, *Baub. pin.* 295. flore triplici colore insignito. *Moris. hist.* 2. p. 17. f. 1. t. 4. f. 4.



Habitat in *Mauritania*, *Sicilia*, *Lusitania*, *Hispania*.  
Hospitatur *sub Idio*, annua.

## I P O M O E A.

1. IPOMOEA foliis cordatis acuminatis: basi angulatis, pedunculis multifloris.  
Ipomoea foliis cordatis acuminatis subdentatis. *Hort. cliff.* 66.  
Quamoclit americana, folio hederæ, flore coccineo. *Comm. rar.* 21. t. 21.  
Convolvulus coccineus, folio anguloso. *Plum. amer.* 89. t. 103.  
Habitat in *Domingo*.  
Hospitatur in *Vaporario*, annua, fructificans.
2. IPOMOEA foliis pinnatifidis linearibus; floribus solitariis. *Hort. cliff.* 60., *Fl. zeyl.* 77.  
Convolvulus pennatus exoticus rarior. *Col. aquat.* 73. t. 72.  
Jasminum millefolii folio. *Baub. pin.* 398.  
Quamoclit s. Jasminum americanum. *Clus. posth.* 9.  
Habitat in *India orientali*.  
Hospitatur in *Vaporario*, annua, †
3. IPOMOEA foliis palmatis: lobis septenis lanceolatis integerrimis.  
Convolvulus major heptaphyllus, flore sulphureo odorato. *Sloan. flor.* 55. *hist.* 1. p. 152. t. 96. f. 2. *Raj. suppl.* 381.  
Convolvulus americanus, mandiuccæ multifido folio, heptaphyllos, flore albo, fundo purpureo, radice tuberosa, cortice albo. *Pluk. alm.* 116. t. 276. f. 5.  
Habitat in *Jamaica*.  
Hospitatur in *Vaporario*, perennis, †.  
Descr. Radix perennis. Caulis volubilis altissimus perennis. Folia glabra septifida; lobis distantibus, acuminatis; internodiis sensim longioribus. Flores non vidi.
4. IPOMOEA foliis digitatis supra glabris, caule piloso.  
Convolvulus americanus pentaphyllus & hexaphyllus major. *Herm. lugdb.* 183. t. 185.  
Habitat in *America meridionali*.  
Hospitatur in *Caldario*, † flores non protulit.



## P O L E M O N I U M.

## 1. POLEMONIUM calycibus lanatis.

Habitat in *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obs. *Species Polemonii vulgaris, Fl. Suec. 175. ut facile pro sola varietate haberetur, sed Caulis minus angulatus, minusque ramosus, magis pubescens, Corollæ duplo majores, Calyces lanati. Panicula minus expansa. Folia superiora longe minor.*

## C A M P A N U L A.

1. CAMPANULA capitulis quinquelocularibus: tectis calycis sinibus reflexis. *Virid. cliff. 16.*

*Campanula calycibus a tergo lamellis quinque notatis. Hort. cliff. 64.*

*Campanula hortensis, folio & flore oblongo. Baub. pin. 94.*

*Viola mariana. Dod. pempt 163.*

*Medium. Cam epit. 729.*

Habitat in saxosis opacis *Germania et Italia.*

Hospitatur *sub dio*, biennis.

## 2. CAMPANULA foliis undatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata.

*Campanula foliis radicalibus lanceolato-ovalibus. caule ramosissimo patulo. Hort. cliff. 65.*

*Rapunculus etcuicentus. Baub. pin. 92.*

*Rapunculum. Dod. pempt. 165.*

Habitat in *Anglia, Gallia, Helvetia.*

Hospitatur *sub dio*, biennis, cicur.

## 3. CAMPANULA caule simplici, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus, floribus sessilibus.

*Campanula caule simplicissimo, foliis amplexicaulibus Hort cliff. 65.*

*Campanula pentagonia perfoliata. Moris. hist 2. p. 457. f. 5. t. 2 f. 23.*

*Speculum veneris perfoliatum f. Viola pentagonia perfoliata. R. j. hist. 743.*

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

Obs. *Species, in primis corollæ, staminibus, stylo, stigmate que destituti, videntur fructus perficere et semina; reliqui et seniores flaves corolla et staminibus perfectis gaudent. uti idem in Ruellia videre est.*



4. CAMPANULA caule subdiviso, foliis oblongis crenatis, calycibus corolla longioribus, capsulis prismaticis.

Campanula caule ramoso, foliis ovato oblongis crenatis. *Hort. cliff.* 65.

Campanula calycibus corollam superantibus, capsulis columnaribus. *Vir. cliff.* 17.

Speculum veneris. *Raj. hist.* 742.

Habitat inter segetes Galliae, Germaniae, Italiae.

Hospitatur sub dio, annua.

5. CAMPANULA foliis lanceolatis, caulinis acute serratis, floribus paniculatis nutantibus.

Campanula urticae angustioribus foliis glabris rigidisque. *Amm. ruth.* 10. n. 15.

Campanula urticae foliis glabra, floribus minoribus pendulis. *Amm. ruth.* 11. n. 17.

Campanula rapunculi folio, flore pallide caerulecente pendulo. *Gerb. tanais.* 69.

Habitat in campis feris Tawrow.

Hospitatur sub dio, perennis.

Obs. Singularis huic nota est, quod caulis antequam paniculam proferat, folia promat quasi in rosam disposita, more Lillii secundi  $\beta$ , cum primum prodeat; dein cum panicula excreseat, disperguntur haec folia per caulem.

## TRACHELIUM.

1. TRACHELIUM.

Trachelium foliis ovatis serratis, caule umbella terminato. *Hort. cliff.* 66.

Rapunculus corniculatus valerianoides caeruleus. *Morif. hist.* 2. p. 465. f. 5. t. 5. f. 52.

Cervaria valerianoides caerulea. *Baub. pin.* 95.

Habitat in Umbrosis Italiae.

Hospitatur in Tepidario, perennis.

## COFFEA.

1. COFFEA. *Hort. cliff.* 59. descr.

Jasminum, arabicum, lauri folio, cujus semen apud nos Caffee dicitur. *Juss. act.* 1713. p. 388.

Evonymo similis aegyptiaca, fructu baccis lauri simili. *Baub. pin.* 428.



Bon vel Ban. *Pluk. alm.* 69. t. 272. f. 1.

Bon. *Alp. egypt.* 36.

*Pharm.* COFFÆE Semina, *ustulata.*

*Svecis* Coffe-træd.

Habitat in *Arabia felici.*

Hospitatur in *Caldario*, Arbor, sempervirens.

## DIERVILLA

1. DIERVILLA racemis terminalibus.

*Diervilla. Hort. cliff.* 63. t. 7. *descr.*

*Diervilla acadensis fruticosa, flore luteo. Tournef. art.*  
1706. t. 7. f. 1.

Habitat in *America septentrionali*, in *Noveboraco, Acadia.*

Hospitatur in *Frigidario*, frutex fructificans.

## SAMOLUS

\* SAMOLUS. *Fl. Svec.* 165.

β. *Samolus africanus, folio rotundiore. Walth. hort.* 162.  
t. 23.

Habitat in *Syria.*

Hospitatur *sub dio*, & in *Frigidario*, biennis.

Obs. Differt a *nostrate*, quod triplo major, & ramosior, foliisque instructa rotundioribus; esse tamen eandem plantam docent squamæ ad sinus limbi corollæ, et nota specialis pedunculi scilicet unifolii, seu unico minimo lanceolato foliolio instructi.

## LONICERA

1. LONICERA floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato-perfoliatis. *Hort. cliff.* 58.

*Periclymenum perfoliatum. Baub. pin.* 302.

*Caprifolium italicum. Dod. pempt.* 411.

Habitat in *Gallia narborensi & Italia.*

Hospitatur in *Frigidario*, frutex, vere florens.

\* LONICERA floribus capitatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. *Fl. Sv.* 191. *Hort. cliff.* 58.

β. *Caprifolium germanicum, flore rubello, serotinum.*  
*Tournef. inst.* 608. *Hort. angl.* t. 7.

Habitat forte in *Germania.*

Hospitatur in *Frigidario*, frutex, autumno florens.

*Descr.* Caulis volubilis, purpureus, hyeme maxima parte marcescens. Folia opposita, non connata. Pedunculus subvillosus. Flores capitati, extus purpurei, intus albi, ad medium usque divisi in duo labia, quorum superius luteum quadrifidum, inferius lineare reflexum.

3. LONICERA pedunculis bifloris, baccis distinctis, foliis cordatis obtusis.

Cha-



*Chamaecerasus* fructu gemino rubro, foliis glabris cordatis. *Amm. ruth.* 184.

Habitat circa *Samaran*, *Oropolim*, inque *Dauria*.

Hospitatur *sub dio* & in *Frigidario*, frutex.

Obs. Frutex non dum floruit. Folia cordata, subovalia, obtusa, glabra, brevissimis petiolis. Pedunculi axillares, oppositi, solitarii, apice diphylli, foliolis lanceolatis. Germina duo, distincta.

## MIRABILIS.

4. MIRABILIS. *Hort. cliff.* 53.

*Solanum mexicanum*, flore magno. *Baub. pin.* 168.

Admirabilis peruviana, rubro flore. *Clus. hist.* 2. p. 87.

β. *Jalappa* flore flavo. *Tournef. inst.* 129.

γ. *Jalappa* flore exalbido. *Tournef. inst.* 129.

δ. *Jalappa* flore expurpureo & luteo mixto. *Tournef. inst.* 129.

*Pharm.* JALAPÆ Radix, Resina, Extractum.

Habitat in utraque *India*.

Hospitatur *sub dio*, hyeme radix seposita, vel suspensa in *Caldario* aut *Tepidario*, vere lata revuscit, alias annua.

## PLUMBAGO.

1. PLUMBAGO foliis petiolatis. *Hort. cliff.* 53. *Fl. zeyl.* 73.

*Dentellaria lychnoides sylvatica scandens*, flore albo.

*Sloan. flor.* 91. *hist.* 1. p. 211. t. 133. f. 1. *Raj. app.* 245.

*Lychnis indica spicata*, ocymastri foliis, fructibus lappaceis oblongis, radice urente. *Comm. hort.* 2. p. 169.

t. 85.

Habitat in utraque *India*.

Hospitatur in *Caldario*, perennis, bis fructificans.

## DATURA.

\* DATURA pericarpis spinosis erectis ovatis. *Fl. Svec.* 185.

β. *Solanum fativum*, pomo spinoso oblongo, flore albo.

*Baub. pin.* 168.

*Tatula. Cam. epit.* 176.

*Svecis.* Spik-klubba.

Habitat in *America*, nunc per *Europam* frequens.

Hospitatur *sub dio*; in *Caldario* præstantior, annua.

Obs. Folia dentata, viridia, glabra. Flores albi semper. Fructus erecti, longius spinosi, calycis residuo quinque carinato.

2. DA-



2. **DATURA** pericarpis spinosis nutantibus globosis.  
*Hort. cliff. 55. Fl. zeyl. 86.*

Solanum pomo spinoso rotundo, longo flore. *Bauh. pin. 168.*

*Nux Metella. Cam. epit. 175.*

Hum matu. *Rhed. mal. 2. p. 47. t. 28.*

- β. **Stramonium** fructu spinoso rotundo, flore violaceo duplici triplicive. *Tournef. inst. 119.*

Solanum foeditum, pomo spinoso rotundo, semine pallido. *Bauh. pin. 168.*

- γ. **Stramonium ægyptiacum**, flore pleno: intus albo, foris violaceo. *Tournef. inst. 119.*

Solanum ægyptiacum, flore pleno. *Bauh. pin. 168.*

*Pharm. DATURÆ Semina.*

*Svecis Ælskogs-willa.*

Habitat in *India, Asia, Africa.*

Hospitatur in *Caldario.*

Obs. Folia vix dentata, subtomentosa. Flores sæpe purpuroscentes. Fructus nutantes, spinosi, spinis brevioribus subvillosis. Calycis residuo non angulato.

## HYOSCYAMUS.

1. **HYOSCYAMUS** foliis lanceolatis subdentatis, calycibus spinosis.

*Hyoscyamus foliis lanceolatis. Hort. cliff. 56.*

*Hyoscyamus pusillus aureus americanus, anthirrhini foliis glabris. Pluk. alm. 188. t. 37. f. 5.*

Habitat in *Persia.*

Hospitatur sub dio, annua, f.

Descr. Radix annua. Folia glabra, lanceolata, dente uno alterove utrinque notata. Flores ex alis nunc sessiles, nunc petiolati. Corollæ luteæ. Calyces fructus in spinas pungentes desinentes.

2. **HYOSCYAMUS** foliis ovatis integerrimis, calycibus inflatis subglobosis.

Habitat in *Sibiria.*

Hospitatur sub dio, perennis, f.

Descr. Caulis ramosus. Folia ovata, glabra, alterna, in petiolos desinentia, acuta, integerrima. Calyces monophylli, tubulati, quinquesidi, erecti; Corolla infundibuliformis, quinquesida. Stamina quinque; pistillum obliquum. Maturis Fructu calyx inflatus, magnus, subrotundus in cuius fundo capsula subrotunda operculo tecta: adeoque facies Physalidis vulgaris omnino, sed capsula Hyoscyami. An oriuntur novæ plantæ ex diversa copula? an Hybridæ speciem propagant? Num hæc ex Physalide & Hyoscyamo? Datisca ex Cannabe et Reseda? Setus dies determinabit. Hæc coniungit Solana cum Hyoscyamis proximo genere.



## NICOTIANA.

1. NICOTIANA foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 56.  
 Nicotiana major latifolia. *Baub. pin.* 169.  
 Blennochoes. *Renealm. spec.* 38. t. 37.  
*Pharm.* TABACI Herba, Pulvis, Oleum, Extractum,  
 Syrupus, Semina.  
*Svecis* Tobak.  
 Habitat in America.  
 Hospitatur sub dio, & in Agris annuus.
2. NICOTIANA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 57.  
 Nicotiana minor. *Baub. pin.* 170.  
 Priapeja quibusdam. *Baub. hist.* 3. p. 630.  
 Pachyphylla. *Renealm. spec.* 40.  
*Svecis* Turkisk Tobak.  
 Habitat in America & nunc in variis Europa terris.  
 Hospitatur sub dio, annua, luxurians.

## ATROPA.

1. ATROPA. *Hort. cliff.* 57.  
 Belladonna majoribus foliis & floribus. *Tournef. inst.* 77.  
 Solanum melano-Cerasus. *Baub. pin.* 166.  
 Solanum majus. *Cam. epit.* 817.  
 Solanum lethale. *Clus. hist.* 2. p. 86.  
 Habitat in sylvis montosis Austria, Angliæ.  
 Hospitatur sub dio, perennis, cicur.

## VERBASCUM.

1. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis.  
 Verbascum mas, angustioribus foliis, floribus pallidis *Baub. pin.* 239.  
 Verbascum pulverulentum, flore luteo parvo. *Baub. hist.* 3. p. 812. *Raj. hist.* 1094. descr.
- β. Verbascum lychnitis, flore albo parvo. *Baub. pin.* 240.  
 Verbascum candidum femina. *Fuchs. hist.* 847.  
 Verbascum ramosum, floribus albis parvis. *Tournef. inst.* 147.  
 Blattaria flore albo, perperam Verbascum femina.  
*Lob. ic.* 511.
- γ. Verbascum ramosum perenne parisiensium. *Tournef. inst.* 147.



Phlomis mas alter. *Lob. ic. 562.*

♂. *Verbascum alpinum* perenne nigrum, flore albo, staminibus purpureis. *Tournef. inst. 147.*

Habitat in *Germania Anglia*, γ in *Gallia Italia*.

Hospitatur sub dio, biennis, cicur.

Obs. Variat β corollis albis, filamentis lana albis.

γ Corollis flavis, filamentis albis.

♂ Corollis albidis, filamentis purpureis.

Convenit hæc cum *Verbascum*. *Fl. suec. 187.* at differt caule in hac paniculato, in illo magis simplici. Foliis in hac lanceolatis, inferioribus in petiolos desinentibus, in illo inferioribus cordato-oblongis petiolatis. Conveniunt pedunculis confertis simplicibus ad dentes racemi.

Varietas ♂ videtur hybrida e *Verbascum* *Fl. Suec. 187.* et ex hac.

2. **VERBASCUM** foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis solitariis.

*Verbascum* annuum, foliis oblongis sinuatis obtusis glabris. *Hort. cliff. 55.*

*Blattaria* annua, flore ( minore luteo vel ) albo, staminibus purpureis. *Moris. hist. 2. p. 489. f. 5. t. 10. f. 5.*

*Blattaria* lutea, folio longo laciniato. *Bauh. pin. 240.*

β. *Blattaria* flore albo corvini. *Barr. rar. 17. f. 1249.*

Habitat in *Italia, Gallia, Germania.*

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Flores in nostra sæpius albi, raro lutei, corolla dorso purpurascens. Summitas plantæ pilis gluten secernentibus adspersitur.

## C O R I S.

1. **CORIS**. *Hort. cliff. 68.*

*Coris cærulea* marittima. *Bauh. pin. 280.*

*Coris monspeliaca*. *Lob. ic. 402.*

*Coris quorundam*. *Clus. hist. 2. p. 174.*

Habitat in *Gallia narbonensi & Valentia ac Monspeli.*

Hospitatur in *Tepidario*, raro semina perficit, annua, †.

## R H A M N U S.

1. **RHAMNUS** floribus trigynis, aculeis geminis: altero inferiore reflexo. *Hort. cliff. 69.*

*Rhamnus* folio subrotundo, fructu compresso. *Bauh. pin. 477.*

*Rhamnus*. *Cam. 3. epit. 80.*

*Paliurus*. *Dod. pempt. 756.*



Habitat in *Italia & Gallia Narbonensi.*

Hospitatur in *Frigidario*, arbor.

2. RHAMNUS inermis, floribus dioicis, stigmatibus triplici. *Virid. cliff.* 19.

Rhamnus inermis, floribus polygamis, stigmatibus triplici. *Hort. cliff.* 71.

Alaternus. 1. 2. *Clus. hist.* 1. p. 50.

Philyca elatior & humilior. *Baub. pin.* 477.

Habitat in *Gallia Narbonensi, Lusitania, Italia.*

Hospitatur in *Frigidario* arbor.

## LYCIUM.

1. LYCIUM foliis linearibus. *Hort. cliff.* 57.

Jasminoides africanum, jasmini aculeati foliis & facie.

*Nissol. act.* 1711 p. 420. t. 12. *Mich. gen.* t. 105. f. 2.

Rhamnus alter, foliis falsis, flore purpureo. *Baub. pin.* 477.

Rhamni primi species altera. *Clus. hist.* 1. p. 109. *Lob. ic.* 2. p. 180.

Habitat in *Africa & extremis regni Valentini.*

Hospitatur in *Frigidario*, Arbor.

## CYCLAMEN.

1. CYCLAMEN foliis cordatis, corolla reflexa.

Cyclamen. *Hort. cliff.* 49.

Cyclamen orbiculato folio inferne purpurascens. *Baub. pin.* 308.

Cyclaminus odorato purpureo flore. *Clus. hist.* 1. p. 264.

Cyclaminus. *Cam. epit.* 357.

*Pharm.* CYCLAMINIS Radix

Habitat in saltibus umbrosis subhumidis *Pannonia, Austria, Tataria uralensis.*

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

## CAPSICUM.

1. CAPSICUM annuum. *Hort. cliff.* 59.

Capsicum : species omnes. *Tournef. inst.* 152.

Piper indicum. sp. 1 - 7. *Baub. pin.* 102.

*Pharm.* PIPERIS INDICI Fructus.

Habitat in *Brasilia, Mexico, Barbados.*

Hospitatur in *Caldario*, annua.

Obs. Variat immense figura baccarum.



## S O L A N U M.

1. SOLANUM caule inermi fruticoso, foliis ovato-lanceolatis integris, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 61.  
 Solanum fruticosum bacciferum. *Baub. pin.* 166.  
 Pseudo-Capsicum. *Dod. pempt.* 718.  
 Habitat in *Madera*.  
 Hospitatur in *Frigidario*, arbuscula.
- \* SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis. *Virid. cliff.* 15. *Hort. cliff.* 60. *Fl. Svec.* 188.
- β. Solanum procerius patulum, vulgaris fructu. *Dill. elth.* 367. t. 275. f. 355.
- γ. Solanum gvineense, fructu magno instar cerasi nigerimo umbellato. *Boerb. lugdb.* 2. p. 68. *Dill. elth.* 366. t. 274. f. 354.
- δ. Solanum nigrum vulgari simile, caulibus exasperatis. *Dill. elth.* 368. t. 275. f. 356.
- ε. Solanum annuum hirsutius, baccis luteis. *Moris. hist.* 3. p. 520. *Dill. elth.* 366. t. 274. f. 353.  
 Solanum lanuginosum hortense s. vulgari simile. *Raj. hist.* 672.
- ζ. Solanum glabrum Judaicum, baccis aurantis. *Dill. m: ff.*  
 Habitat β in *India*; γ in *Guinea*; δ in *Virginia*, ε in *Anglia*, ζ in *Judea*.  
 Hospitatur sub dio, annua.
- Obs. β Caules teretes glabri. Folia integerrima, glabra.  
 γ Caules angulati dentati. Folia integerrima, glabra.  
 δ Caules angulati dentati. Folia repanda glabra.  
 ε Caules teretes villosi, Folia magis angulata, minus villosa.  
 ζ Viride, caulis exasperatus, aculeis mollibus incurvis, Folia repanda, nuda.
3. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 60. n. 2.  
 Solanum tuberosum esculentum, *Baub. pin.* 167. prodr. 89. t. 89.  
 Arachidna theophrasti, *Papas americanorum.* *Clus. hist.* 2. p. 79.  
*Svecis* Jord-pæron, Potatos.  
 Habitat, ut fertur, in *Virginia*.  
 Hospitatur sub dio, & vulgaris in *Hortis*, annuum, ex tuberibus propagandum.



4. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis pinnatis incis. *Hort. cliff.* 60.  
 Solanum pomiferum, fructu rotundo striato molli. *Baub. pin.* 167.  
 Lycopersicon galeni. *Tournef. inst.* 150.  
 Mala aurea. *Dod. pempt.* 438.  
 Poma amoris. *Cam. epit.* 821.  
 Habitat in *Jamaica*.  
 Hospitatur in *Calderio* & *sub dio*, annua.  
 Obs. *Fructus editur perpiniani*. D. Barrere. Nisi optime maturus venenatus est.
5. SOLANUM caule aculeis recurvis, foliis sinuatis subtomentosis: utrinque aculeatis, pedunculis aculeatis. *Fl. zeyl.* 95.  
 Solanum pomiferum frutescens africanum spinosum nigricans, borraginis flore, foliis profunde laciniatis. *Herm. lugdb.* 573. t. 575. *Pluk. alm.* 251. t. 226. f. 5. *Moris. hist.* 3. p. 521. f. 13. t. 1. f. 15.  
 Habitat in *Aethiopia* & *Zeylona*.  
 Hospitatur in *Calderio*, frutex.
6. SOLANUM aculeatum, foliis cordatis subquinquelobis: utrinque villosis & aculeatis. *Hort. cliff.* 61.  
 Solanum americanum molle foliorum margine & aculeis flavescens, fructu mammoso. *Tournef. inst.* 149.  
 Solanum barbadense spinosum annuum, fructu aureo rotundiore pyri parvi inversi forma & magnitudine. *Pluk. alm.* 250. t. 225. f. 1.  
 Habitat in *Virginia*, *Barbados*.  
 Hospitatur in *Calderio*, annua.
7. SOLANUM calycibus aculeatis, foliis ovatis integerrimis tomentosis. *Hort. cliff.* 61. *Flor. zeyl.* 93.  
 Melongena fructu rotundo. *Tournef. inst.* 152.  
 Solanum pomiferum, fructu oblongo. *Baub. pin.* 167.  
 Mala insana. *Dod. pempt.* 458.  
 Habitat in *Africa* & *America*.  
 Hospitatur in *Calderio*, annua.

## P H Y S A L I S.

1. PHYSALIS caule simplici annuo, foliis integerrimis geminatis, floribus solitariis. *Hort. cliff.* 62.



Alkekengi officinarum. *Tournef. inst.* 151.

Solanum vesicarium. *Baub. pin.* 166. *Dod. pempt.* 454.

*Pharm.* ALKEKENGII Herba, Baccæ, Aqua. Semina.

Habitat in Italia, Gallia, Germania.

Hospitatur sub dio, & in Frigidario, perennis.

2. PHYSALIS annua ramosissima, ramis angulosis glabris, foliis dentato-ferratis. *Hort. cliff.* 62. *Fl. zeyl.* 97.

Alkekengi indicum glabrum, chenopodii folio. *Dill. elth.* 13. t. 12. f. 12.

Solanum vesicarium indicum. *Baub. pin.* 166.

Halicacabum f. Solanum indicum. *Comm. hort.* 70. t. 17.

Habitat in Carolina, Zeylona.

Hospitatur in Vaporariis, annua.

3. PHYSALIS annua ramosissima, ramis teretibus pubescentibus, geniculis nodosis. *Hort. cliff.* 62.

Alkekengi virginianum, fructu luteo. *Feuill. peruv.* 3. p. 5. t. 1.

Solanum vesicarium virginianum procumbens annuum, folio lanuginoso. *Moris. hist.* 3. p. 527. f. 13. t. 3. f. 24.

Habitat in Virginia, Peru, & India orientali.

Hospitatur in Vaporariis, annua.

## VITIS.

1. VITIS foliis palmato-angulatis. *Hort. cliff.* 74.

Vitis vinifera. *Baub. pin.* 299. *Cam. epit.* 1003. *Dod. pempt.* 415.

*Pharm.* VITIS Folia. PASSULÆ majores, laxativæ. CORINTHIACÆ, pulpa, Loboc.

*Svecis.* Win-ranka.

Habitat in locis nec frigore nec sole ustis: Narbona, Virginia, Jamaica, Mexico.

Hospitatur in Frigidario arbuscula.

## RIBES.

\* RIBES inerme, floribus planiusculis, racemis pendulis. *Fl. Svec.* 197.

β. Ribes vulgare acidum, albas baccas ferens. *Baub. hist.* 2. p. 98.



*Grossularia hortensis*, fructu margaritis simili. *Bauh.*  
*pin.* 455.

*Svecis* Hvita-Vinbår.

Habitat in summo septentrione.

Hospitatur passim in Hortis oleraceis, frutex.

\* RIBES inerme floribus oblongis. *Fl. Svec.* 196.

β. Ribesium nigrum pensylvanicum, floribus oblongis.

*Dill. elth.* 324. t. 246. f. 315.

Habitat in Pennsylvania.

Hospitatur sub dio, frutex, †.

3. RIBES ramis subaculeatis reclinatis. *Hort. cliff.* 82.

*Grossularia spinosa fativa altera*, foliis latioribus. *Bauh.*

*pin.* 455.

*Grossularia fructu obscure purpurascente.* *Clus. hist.*

t. p. 120.

*Svecis* Rôda-Stickelbår.

Habitat in Germania.

Hospitatur frequens sub dio, in Hortis oleraceis, frutex.

Descr. Caules sub-aculeati, vel vix aculeati, nutantes & reclinati; cortice minus fissis & fere glabro. Gemmatum squamæ, cum dehiscunt, margine setis capitatis ciliatæ sunt, uti etiam petioli. Pedunculi uniflori, nutantes, villosi, in medio cincti involucri minimo, triphylo, inæquali. Germinum setis capitatis (præter villos) undique adpersum. Calyx villosus, laciniis retroflexis. Flos nutans, ergo setæ glanduliferæ ad margines gemmarum petiolorum, & undique in Germine.

4. RIBES ramis aculeatis, racemis erectis, baccis hirsutis. *Hort. cliff.* 82.

*Grossularia fructu maximo hispido, margaritarum fere colore.* *Raj. hist.* 1484.

*Svecis* Ludne-Krusbår.

Habitat in Europa.

Hospitatur frequens in Hortis oleraceis.

Obs. Setæ ad latera petiolorum longiores; non capitatae, sed hirsutæ variis pilis, cum in antecedente specie glabræ sint hæ setæ & capitatae.

5. RIBES ramis undique aculeatis.

Habitat in Virginia.

Hospitatur sub dio, frutex.

Obs. Frutex adhuc, altero anno asatione, pedalis, Caulibus ruffis adpersis undique aculeis tenuibus, parum nutantibus; præter hos alii aculei majores, ternati, sessiles sub foliis, ut in vulgaribus. Folia Ribeos.

## C E A N O T H U S.

1. CEANOTHUS corymbis folio longioribus.

*Ceanothus.* *Act. ups.* 1741. p. 77.



*Celastrus inermis*, foliis ovatis serratis trinerviis, racemis ex summis alis longissimis. *Hort. cliff.* 73. *Gronov. virg.* 25.

*Evonymus*, jujubinis foliis, caroliniensis, fructu parvo fere umbellato. *Pluk. alm.* 139. t. 28. f. 6.

*Evonymus novis belgii*, corni feminae foliis. *Comm. hort.* 1. p. 167. t. 86. *Raj. dendr.* 69.

*Evonymoides caroliniensis*, ziziphi foliis. *Isnard. act.* 1716. p. 369.

Habitat in *Virginia*, *Carolina*.

Hospitatur in *Frigidario*, *Arbor* floruit & perit.

## LAGOECIA.

1. *LAGOECIA*. *Hort. cliff.* 73.

*Cuminoides* vulgare. *Tournef. inst.* 30.

*Cuminum sylvestre*, capitulis globosis. *Baub. pin.* 186.

*Cuminum sylvestre*. *Cam. epit.* 519. *Dod. pempt.* 300.

Habitat in *Creta*, *Aleppo*, *Lemno*, *Lysia*, *Galatia*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

## CLAYTONA.

1. *CLAYTONA* foliis ovatis.

*Limnia*. *Act. Stockh.* 1746. p. 130. t. 5.

Habitat in *Sibiria*.

Hospitatur in *Frigidario*, & *sub dio* perennis.

Descr. Radix prostrata Folia multa, obverse ovata, coarctata in petiolum canaliculatum, glabra, integerrima, nervosa, fragilia.

Caulis teres, longitudine foliorum radicalium, terminatus foliis duobus oppositis, sessilibus, obverse ovatis vel magis rotundatis.

Racemus ex oppositione foliorum, foliolis floralibus alternis lanceolatis minimis, simplex, longitudine fere caulis.

Pedunculus unus (vel duo) nudus, simplicissimus, ad latus folii floralis, reflexus ante florescentiam, sub florescentia erectus, post florescentiam reflexus, maturo semine erectus.

Calyx diphyllus, basi transversus, ovatus. Petala quinque, rosacea, rubra, striata, emarginata. Stamina quinque, recurva. Stylus apice trifido. Capitula parva, trilocularis, trivalvis, elastica. Semina tria, rotunda, lutea.

## CELOSIA.

1. *CELOSIA* foliis lanceolato-ovatis. *Hort. cliff.* 43.

*Amaranthus panicula incurva*. *Baub. pin.* 121.

*Amaranthus cristatus*. *Cam. epit.* 792.

Habitat forte in *Indiis*.

Hospitatur *sub dio* & in *Caldario*, annua.



## VINCA.

1. VINCA foliis ovatis. *Hort. cliff.* 77.  
 Clematis daphnoides minor. *Baub. pin.* 301.  
 Clematis daphnoides. *Dod. pempt.* 405.  
*Pharm.* VINCÆ PERVINCÆ Herba.  
*Svecis* Wintergrön. Winter-lager.  
 Habitat in umbrosis *Germania, Helvetia, Anglia, Gallia, Hispania.*  
 Hospitatur sub dio, fruticulus & repens, sempervirens.

## NERIUM.

1. NERIUM foliis ternis lineari-lanceolatis. *Hort. cliff.*  
 76. *Fl. zeyl.* 108.  
 Nerium floribus rubescentibus. *Baub. pin.* 464.  
 Rhododendrum. *Dod. pempt.* 851.  
 Oleander, Laurus rosea. *Lob. ic.* 118.  
 Habitat in *Liguria, Sicilia, Creta, Syria, Malabaria, Zeylona.*  
 Hospitatur in *Caldario & Tepidario*, frutex sempervirens.

## DIGYNIA.

## STAPELIA.

1. STAPELIA denticulis ramorum extrorsum promi-  
 minulis. *Hort. cliff.* 77.  
 Apocynum humile aizoides, siliquis erectis, africa-  
 num. *Herm. lugdb.* 52. t. 53. *Stiff. bot.* 32.  
 Fritilaria crassa capitis bonæ spei. *Stapel. theophr.* 335.  
 Habitat ad *Caput bonæ spei.*  
 Hospitatur in *Caldario*, vix florens, sempervirens, succulenta.

## ASCLEPIAS.

1. ASCLEPIAS caule subvolubili herbaceo, foliis ova-  
 to-lanceolatis, floribus confertis patentissimis. *Roy.*  
*lugdb.* 410.  
 Asclepias nigro flore. *Baub. pin.* 303.  
 Habitat *Monspeli* in collibus.  
 Hospitatur sub dio, perennis.  
 Obi. *Planta nostra non scandit, & excepto colore corollæ & foliis crassioribus*  
*Asclepiadi Fl. Svec. 200. simillina est.*
2. ASCLEPIAS caule erecto simplici herbaceo, foliis ovali-



ovalibus subtus tomentosis; umbellis nutantibus.  
*Hort. cliff. 78. Virid. cliff. 20.*

Apocynum majus syriacum rectum. *Corn. canad. 90.*

Apocynum erectum latifolium incanum syriacum, floribus parvis obsolete purpurascens. *Herm. par. 31.*

Beid-el-ossar. *Vest. ægypt 28.*

Habitat in Syria, & ad Jordanum prope Hiericho Palestina.  
Hospitatur in Frigidario, rarius sub dio, perennis, florens.

Obs. Pedunculi in Apocynis exeunt ad latera caulis inter folia opposita non vero ex alis foliorum, ut in reliquis plantis; hi dein alternatim procedunt ad latera caulis. Muscæ haurientes mel sæpe pedibus alligantur tanquam visco, nec pedem extrahere valent.

3. ASCLEPIAS caule erecto fruticoso, foliis lanceolatis, umbellis nutantibus, conceptaculis inflatis pilosis. *Hort. cliff. 78.*

Apocynum erectum africanum, villosa fructu, salicis folio. *Herm. parad. 23. 24. t. 24.*

Apocynum rectum elatius, salicis angusto folio, immaculatis flosculis in umbellam, folliculis pilosis.  
*Pluk. alm. 36. t. 138. f. 2.*

Habitat ad Caput bonæ spei.

Hospitatur in Caldario, frutex, fructificans, sempervirens.

Obs. Flores stillant nectar, quotidie in Caldario clauso, ut sub singulo nectaris cornu gutta globosa liquoris hærent.

## CYNANCHUM.

1. CYNANCHUM caule volubili, foliis cordato-lanceolatis glabris. *Hort. cliff. 79.*

Periploca prior. *Dod. pempt. 408.*

Apocynum 3. latifolium. *Clus. hist. 1. p. 125.*

Scammonia monspeliacæ adfinis, foliis acutioribus.  
*Baub. pin. 294.*

Habitat in Sicilia, Hispania, Astracæ.

Hospitatur sub dio, & in Frigidario, perennis.

## HERNIARIA.

1. HERNIARIA squammis nitidis flores superantibus.  
*Hort. cliff. 41.*

flore luteo pleno. *Amm. ruth. 587. n. 48. Houst.*  
*msc. t. bona.*

Habitat in *Vera cruce*.

Hospitatur in *Caldario*, & *Vaporario*, nobis annua.

Descr. Caules inermes, decumbentes, virgati. Stipulæ ovatæ, acutæ. Folia  
duplicato-pinnata, foliolis partialibus quatuor utrinque, singula pinnata.  
Spicæ solitariæ ex alis, pedunculatæ, (pedunculo una alterave squama  
cincto) ovatæ, inflexæ; constantes floribus inferioribus plenis, majoribus,  
longioribus, patulis; superioribus vero floribus spicæ pentandris, staminibus  
longis, pistillo brevi.

4. MIMOSA inermis decumbens, foliis duplicato-pin-  
natis, spicis cernuis, floribus pentandris, inferiori-  
bus castratis.

Habitat in *America*.

Hospitatur in *Caldario*, perennis herbacea.

Descr. Caules pedales, bipedales, virgati, plures, decumbentes, teretes, tri-  
des. Rami breves, alterni, horizontales. Folia duplicato-pinnata; par-  
tialia duo vel tria paria, foliolis ovali-oblongis, numerosis, æqualibus,  
viridibus, medietate inferiore s. baseos proxima glauca seu palidior. Pe-  
dunculus ex alis solitarius, erectus, bractæa cordata semiamplexicauli in  
medio instructus. Spica cylindrica, recurva. Flores antheris quinque in-  
structi, sed inferiores a parte masculina steriles. Glandula nectarifera parva  
inter foliola infima petiolis innata. Folia tacta sese contrahunt, sed tarde.  
Facies omnino Mimosæ herbacæ non spinosæ procumbentis & palustris,  
flore luteo pleno. *Houst, Mss. c. figura. Amm. ruth. 587. n. 48.* odor  
parum gravis foliorum,

Obs. Forte itaque quædam synonyma Mimosæ sequentis, in *Fl. Zeylanica* 505  
data ad hanc amandari debent, cum *Zeylanica* se vix manifeste contrahat,  
nisi valde tenella, & *Zeylanicæ* rami angulati sint.

5. MIMOSA inermis foliis duplicato-pinnatis, spicis  
cernuis, floribus decandris, inferioribus castratis  
apetalis. *Flor. zeyl. 505.*



Mimosa inermis, foliis duplicato-pinnatis, siliquis linearibus glabris. *Hort. cliff.* 209.

Habitat in *India orientali*.

Hospitatur in *Caldario*, toto anno, ubi floret & semina profert. Frutex.

6. MIMOSA spinis geminis distinctis, foliis duplicato pinnatis, partialibus utrinque octo.

Acacia indica farnesiana. *Ald. hort.* 2. *Raj. hist.* 977.

Acacia indica, foliis scopioidis leguminosæ, siliquis fuscis teretibus resinosis. *Herm. lugdb.* 5.

Habitat in *Domingo*.

Hospitatur in *Caldario*, Arbor.

Obs. Flores sessiles, capitati, lutei, suaveolentes, polyandri. Legumina teretia, crassa, utrinque angustiora, obtusa.

7. MIMOSA spinis geminatis distinctis, foliis duplicato pinnatis, partialibus utrinque quinque pluribus.

*Hort. cliff.* 209. n. 10. *Roy. lugdb.* 471.

Acacia, Sant & Akakia. *Alp. ægypt.* 6.

Acacia vera. *Baub. hist.* 429.

Acacia. *Baub. pin.* 392.

Schitta. *Cels. hierob.* 1. p. 498.

*Pharm.* ACACIÆ ÆGYPTIACÆ SUCCUS.

ARABICUM Gummi.

Habitat in *Ægypto*, *Arabia*, *Sinai*.

Hospitatur in *Caldario*, Arbor.

## P O R T U L A C A.

1. PORTULACA foliis cuneiformibus sessilibus. *Roy. lugdb.* 473. *Gron. virg.* 59. *Hall. belv.* 392.

Portulaca foliis cuneiformibus verticillatis sessilibus, floribus subsessilibus. *Hort. cliff.* 207.

Portulaca latifolia sativa. *Baub. pin.* 288.

Portulaca domestica. *Lob. ic.* 388.

*Pharm.* PORTULACÆ Herba, Conserva, Syrupus, Aqua, Semina.

*Svecis* Portulak.

Habitat in Sterilibus vervectis *Europa*, *Asia*, *America*.

Hospitatur sub die, annua.

## A N A C A M P S E R O S.

1. ANACAMPSEROS foliis ovatis convexis acutiusculis.

Ana-



Anacampseros foliis acuminatis. *Hort. cliff.* 207.

Telephiastrum flore globoso. *Dill. elth.* 375. t. 281. f. 363.

Portulaca africana sempervivens, flore rubicundo.

*Comm. hort.* 2. p. 177. t. 89. *Old. afr.* 32. *Raj. app.* 507.

Habitat in *Æthiopia*.

Hospitatur in *Caldario*, succulenta.

2. ANACAMPSEROS caule arboreo, foliis cuneiformibus oppositis. *Hort. cliff.* 207.

Crassula, portlandicæ facie, arborescens. *Dill. elth.* 120.

t. 101. f. 120.

Habitat in *Æthiopia*.

Hospitatur in *Caldario*, Frutex, succulenta.

Obs. Nondum detecta est fructificatio, ut de genere quid tuto asserere liceat.

## C O R C H O R U S.

1. CORCHORUS capsulis oblongis ventricosus, foliorum infimis ferraturis setaceis reflexis. *Fl. zeyl.* 213.

Corchorus plinii. *Bauh. pin.* 317.

Corchorus s. Melochia s. Olus judaicum. *Cam. hort.*

47. t. 12.

Melochia. *Alp. ægypt.* 45. t. 45.

Habitat in *Asia*, *Africa*, *America*.

Hospitatur in *Caldario*, annua.

2. CORCHORUS capsulis subrotundis depressis rugosis. *Fl. zeyl.* 214.

Alcea olitoria s. Corchorus americana, prælongis foliis, capsula striata subrotunda brevi. *Pluk. alm.* 13.

t. 255. f. 4.

Habitat in *America*, *Zeylona*.

Hospitatur in *Caldario*, annua.

3. CORCHORUS capsulis linearibus compressis bivalvibus.

Corchorus folio ulmi major. *Plum. spec.* 7.

Corchorus americanus minor, carpini folio, siliqua angustissima ex lateribus ramorum proveniente. *Breyn. prodr.* 3. p. 56.

Corchoro affinis, Chamædryos folio, flore stamineo, seminibus atris quadrangulis duplici serie dispositis.

*Sloan. flor.* 50. *hist.* 1. p. 145. t. 94. f. 1. *Raj. suppl.* 516.



Habitat in saxosis *Jamaica*.

Hospitatur in *Caldario*, annua.

Obl. Folia carent infimo dente setaceo, quo precedentes gaudent & capsulae bivalves, biloculares & perfecte siliquosae sunt, nihilominus est genua species *Corchori*.

## X Y L O N.

1. XYLON foliis digitatis, caule inermi. *Fl. zeyl.* 220.  
Xylon caule inermi. *Hort. cliff.* 75.

*Gossypium javanense*, salicis folio. *Baub. pin.* 430.

*Ponja*. *Rhed. mal.* 3. p. 59. t. 49. 50. 51.

Habitat in *India*.

Hospitatur in *Caldario*, arbor †.

2. XYLON foliis digitatis, caule aculeato. *Fl. zeyl.* 221.  
Xylon caule aculeato. *Hort. cliff.* 75.

*Gossypium arboreum*, caule spinoso. *Baub. pin.* 430.

*Moul-elavou*. *Rheed. mal.* 3. p. 61. t. 52.

Habitat in *India* utraque.

Hospitatur in *Caldario*, Arbor †.

## B I X A.

1. BIXA. *Hort. cliff.* 211.

*Mitella americana maxima tinctoria*, *Tournef. inst.* 242.

*Orleana* s. *Orellana*, folliculis lappaceis. *Pluk. alm.* 272.  
t. 209. f. 4. *Comm. hort.* 1. p. 65. t. 33.

Arbor mexicana, fructu castaneae, coccifera. *Baub. pin.* 419. *Raj. hist.* 1771.

*Pharm.* ORLEANA Terra.

Habitat in *Brasilia*, *Mexico*, *Jamaica* aliisque calidioribus *America*.

Hospitatur in *Caldario*, arbor.

## T R I U M F E T T A.

1. TRIUMFETTA. *Hort. cliff.* 210. *descr.*

*Lappula bermudensis althæoides spicata*, fructu orbiculari majore. *Pluk. alm.* 206. t. 215. f. 7.

*Agrimonia lappacea inodora*, folio subrotundo dentato. *Sloan flor.* 92. *hist.* 1. p. 11. *Raj. suppl.* 247.

Habitat in *Jamaica*, *Brasilia*, *Bermudis*.

Hospitatur in *Caldario*, sed saepe perit, vix floret, frutescens.



## DIGYNIA

## PÆONIA.

1. PÆONIA. *Hort. cliff.* 211.

a. Pæonia foliis lobatis ex ovato-lanceolatis. *Hall. helv.* 311.

Pæonia folio nigricante splendido, quæ mas. *Baub.* pin. 323.

Pæonia mas. *Lob. ic.* 684.

*Pharm.* PÆONIÆ Radix, Fæculæ, Conserva, Syrupus, Tinctura, Aqua, Semina.

*Svecis* Corall-Pion.

β. Pæonia communis vel femina. *Baub.* pin. 323.

Pæonia foliis difformiter lobatis. *Hall. helv.* 311.

Pæonia femina. *Lob. ic.* 682.

*Pharm.* PÆONIÆ Flores, Conserva, Syrupus.

*Svecis* Ånkla Pioner.

γ. Pæonia femina, flore pleno rubro majori. *Baub.* pin. 324.

Pæoniæ feminae multiplex flos. *Dod. pempt.* 195.

*Svecis* Pion.

Habitat in umbrosis *Helvetiæ* & *Idæ* in *Creta* vallibus montium.

Hospitatur sub diō, perennis.

## TRIGYNIA

## RESEDA.

1. RESEDA floribus tetragynis, foliis pinnatis.

Reseda foliis pinnatis integerrimis. *Hort. cliff.* 212.

Reseda maxima. *Baub.* pin. 100. *Lob. hist.* 110.

Habitat *Monspeli.*

Hospitatur sub diō, annua, cicur.

Obs. Hæc variat foliis undulatis & crispa exadit.

2. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. *Hort. cliff.* 212.

Reseda vulgaris. *Baub.* pin. 100.

β. Reseda crispa gallica. *Bocc. sic.* 77. t. 41. f. 3.

Reseda massiliensis foliis latioribus crispis. *Pluk. alm.*

317. t. 55. f. 4.



Habitat in montibus cretaceis murisque *Belgii, Angliæ, Gallia, Italia.*  
Hospitatur *sub dio*, biennis.

3. RESEDA floribus trigynis, calycibus maximis hexaphyllis.

Reseda foliis integris trilobisque, calycibus maximis.  
*Hort. cliff. 212.*

β. Reseda minor vulgaris, foliis integris. *Tournef. inst. 423.*  
Resedæ affinis *Phyteuma* quorundam. *Dalech. hist. 1198.*  
*Phyteuma. Bauh. hist. 3. p. 386. fig.*

Habitat *Monspeli, Parisiis, Romæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua, †.

Detr. Radix annua, Caulis ramosus diffusus herbaceus Calyx hexaphyllus, maximus; Corolla hexaphylla. Petala duo suprema majora, alba, capillaceo-multifida. Petala duo media minora alba, capillaceo-multifida. Petala duo infima capillacea simplissima. Horum quatuor suprema basi squamata nectarium constituunt. Stamina sedecim, filamentis subulatis, crassis, flavescens, brevibus; Antheris oblongis flavescens. Germi- nis styli tres. Fructus in pedunculo horizontali calyce maximo, reflexo, Capsula tricuspidi aperta, supra basin glandulam nectarii ferens ovatum.

## DELPHINIUM.

1. DELPHINIUM caule simplici, nectariis monophyllis. *Hort. cliff. 213.*

Delphinium hortense (species 14-39.) *Tournef. inst 426.*  
Consolida regalis hortensis, flore majore & simplici.  
*Bauh. pin. 142.*

Flos regius. *Dod. pempt. 252.*

β. Consolida regalis, flore majore & simplici. *Bauh. pin. 142.*

Habitat - -  
Hospitatur *sub dio*, ubique in hortis, annua.

2. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palmatis: laciniis integerrimis. *Hort. cliff. 213.*

Delphinium, platani folio, Staphisagria dictum. *Tournef. inst. 428.*

Staphis agria. *Bauh. pin. 324. Dod. pempt. 366.*

*Pharm. STAPHISAGRIÆ Semina.*

Habitat in *Istria, Dalmatia, Calabria, Apulia, Creta.*

Hospitatur in *Frigidario*, biennis.

3. DELPHINIUM nectariis diphyllis: labellis integris, floribus subsolitariis, foliis compositis lineari-multipartitis.

Delphinium elatius subincanum, perenne, floribus amplis azyreis. *Amm. ruth. 132. n. 175.* Delphi-



*Delphinium lusitanium glabrum, aconiti folio. (Tournef. inst. 426?) Roloff. ind. 61. t. 3.*

Habitat in Sibiria.

Hospitatur sub dio, perennis.

Descr. Radix perennis. Caulis semipedalis, subdivisus, & facies totius plantæ Delphinii segetum Fl. succ. 440. sed majora omnia, & flores omnium speciocissimi, & diphylla nectaria & radix perennis, hinc varietas esse nequit. Caulis subtomentosus, non strictus sed sæpe debilis. Folia composita ex ternis foliis, singulis trichotomis linearibus, ovatis, glabris, supra nitidis, linea exaratis. Corolla magna cærulea, nectaria itidem cærulea, sed labellis reflexis, stamina omnino occultantibus, integris, ad basin luteo-barbatis, minime bifidis, aut apice barbatis. Calcar parum rugosum est.

4. **DELPHINIUM** nectariis diphyllis, labellis bifidis apice barbatis, foliis incisissimis, caule erecto.

*Delphinium nectariis diphyllis, foliis peltatis multipartitis acutis. Hort. cliff. 213.*

*Delphinium orientale perenne, aconiti folio, flore cæruleo. Tournef. cor. 30.*

*Delphinium perenne, aconiti folio ampliori, floribus longioribus pediculis insidentibus, minus villosum. Amm. ruth. 131.*

*Aconitum cæruleum hirsutum, flore consolidæ regalis. Baub. pin. 183.*

*Aconitum lycoctonum, flore delphinii silesiæ. Clus. hist. 2. p. 94.*

Habitat in Sibiria.

Hospitatur sub dio, perennis.

Descr. Radix perennis. Caulis lævis, humanæ altitudinis. Folia lata, trifida, quinquesida, incisa, glabra, nisi interdum marginibus & rugis villosa. Racemi longi, terminales. Nectaria pone rugosa; labio superiore fusca, inferiore reflexa, bifida, in medio & apicibus lana flava barbato; sub labello stamina in conspectum cadunt.

Varietates hujus duas minores accepimus e Sibiria foliis omnino glabris, profundius & latius divisis, quarum

β Corolla incarnata, nectarii limbo fusco, solo labii inferioris apice alba barba notato

γ Corolla cærulea, nectarii limbo nigricante solo labii inferioris apice alba barba notato.

Quod hæc β, γ. sint varietates præcedentis α, indicant calcar maxime rugosum, nectarii labium profunde bifidum; sed Folia utrinque profundius diuisa, laciniis linearibus, nec ovatis, ut in α, quæ non parum plantas distinguunt externa facie.

## A C O N I T U M.

1. **ACONITUM** foliis multifidis, laciniis semipartitis superne latis. Hort. cliff. 214.



*Aconitum cæruleum minus* f. *Napellus minor*, *Baub. pin.* 183.

*Aconitum cæruleum parvum*. *Dod. pempt.* 441. *Lob. hist.* 386. *Dalech. hist.* 1743.

*Aconitum lycoctonum*, flore cæruleo: galea elatiori, radice bulbosa. *Baub. hist.* 2. p. 659.

Habitat in *Italiae* montibus.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obi. Flores hujus albo-cærulescentes f. albo-cæruleoque varii.

2. **ACONITUM** foliis multipartitis, laciniis linearibus incumbentibus squarrosis.

*Aconitum pyrænæicum luteum*, foliorum segmentis sibi invicem incumbentibus. *Raj. europ.* 367.

*Aconitum salutiferum elatius pyrenæicum*, foliis atrovirentibus, flore majore. *Tournef. inst.* 425.

Habitat in *Sibiria*, *Tataria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Descr. Radix vivax. Caules tripedales, erecti, subtomentosi, teretes, ramosi. Folia radicalia & caulina petiolata, ampla, multipartita & subdivisa; laciniis linearibus, glabris, linea exaratis, copiosis, ita ut, licet divaricatae lacinae, tamen semper incumbentes, erectiusculæ apicibus, sibi invicem incumbunt quasi squarrosæ, glabrae. Corollæ luteæ, cucullo valde angustio, ut in specie medelpadica sed saturatius flavæ. Antheræ nigricantes. Nectaria minus revoluta, ore oblongo, integro. Pistilla sæpius tria. Spica nutat ante florescentiam.

3. **ACONITUM** foliorum laciniis linearibus distinctis, ubique ejusdem latitudinis. *Hort. cliff.* 214. *Hall. helv.* 313.

*Aconitum salutiferum* f. *Anthora*. *Baub. pin.* 184.

*Antithora* flore luteo. *Baub. hist.* 3. p. 660.

*Anthora*. *Dod. pempt.* 443. *Lob. hist.* 385.

*Anthora* f. *Antithora*. *Cam. epit.* 837.

*Pharm.* ANTHORÆ Radix.

Habitat in Alpibus *Helveticis*, *Taurinis*, *Allobrogicis*, *Pyrenæis*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

## P E N T A G Y N I A.

### A Q V I L E G I A.

\* **AQUILEGIA** nectariis incurvis. *Fl. suec.* 443.

β. *Aquilegia sibirica*, floribus magnis cæruleis, nectariorum oris flavis.

Aqui-



γ. *Aquilegia hortensis simplex* (variorum colorum.) *Baub. pin. 144.*

δ. *Aquilegia hortensis multiplex*, flore magno (variorum colorum.) *Baub. pin. 144.*

ε. *Aquilegia hortensis*, multiplici flore inverso. *Baub. pin. 145.*

ζ. *Aquilegia stellata* (variorum colorum.) *Best. eyft.*

*Aquilegia* flore roseo multiplici. *Baub. pin. 145.*

Habitat in *Europa.*

Hospitatur sub dio, cicur.

1. **AQUILEGLA** nectariis rectis, staminibus corolla longioribus.

*Aquilegia* corolla simplici, nectariis fere rectis. *Gron. virg. 59.*

*Aquilegia pumila præcox canadensis.* *Cornut. canad. 60. t. 60. Rob. ic. 26. bona.*

*Aquilegia virginiana*, flore rubente. *Pluk. alm. 38.*

*Aquilegia præcox canadensis*, flore externe rubicundo; medio luteo. *Moris. hist. 3. p. 457. f. 12. t. 2. f. 4 mala.*

Habitat in *Virginia, Canada.*

Hospitatur sub dio, perennis.

Obl. Hæc non modo corollis rubris longioribus angustioribusque, corniculis nectariferis rectis & staminibus longioribus differt a precedente, sed & Foliis tenuioribus diversaque textura.

## N I G E L L A.

1. **NIGELLA** foliis involucro folioso cinctis. *Hort. cliff. 215.*

*Nigella angustifolia*, flore majore simplici cæruleo. *Baub. pin. 145. Raj. hist. 1070.*

*Melanthium sylvestre.* *Lob. ic. 741. Matth. diosc. 529.*

*Melanthium damascenum.* *Dod. pempt. 304.*

β. *Nigella* flore majori pleno cæruleo. *Baub. pin. 145.*

*Melanthium damascenum*, flore pleno. *Clus. hist. 2. p. 207. t. 208.*

*Svecis Jungfrun i det grôna.*

Habitat inter segetes *Narbonæ.*

Hospitatur sub dio, annua.

2. **NIGELLA** pittillis decem corolla longioribus. *Hort. cliff. 215. deser.* K 5 Ni.



*Nigella orientalis*, flore flavo, semine alato plano.

*Tournef. cor.* 19.

*Nigella chalepensis lutea*, corniculis longioribus. *Morif.*

*hist.* 3. p. 516. f. 12. t. 18. f. 10. *Raj. app.* 525.

Habitat circa *Halepuni*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Hæc corolla lutea, pistillis corolla duplo longioribus, seminibus membranaceis marginatis.

3. **NIGELLA** petalis subtricuspidatis, foliis subpilosis.

*Nigella* flore minore simplici candido. *Baub. pin.* 145.

*Nigella alba*, simplici flore. *Alp. exot.* 261. t. 266.

*Melanthium fativum*. *Dalech. hist.* 812. *Cam. epit.* 551.

*Pharm.* NIGELLÆ Semina, Oleum.

Habitat in *Ægypto*, *Creta*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Semina distinctissima sapore & odore fragrantissimo; Folia vix manifeste pilosa, ut & caulis; petala tridentata apice, sed laterales dentes oblitterati.

4. **NIGELLA** pistillis decagynis corollam æquantibus.

*Nigella latifolia*, flore majore simplici cæruleo. *Baub.*

*pin.* 145. *prodr.* 75. *Morif. hist.* 3. p. 516. f. 12. t. 18. f. 8.

*Nigella hispanica*, flore amplo. *Raj. hist.* 1079.

Habitat in *Hispania*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Flos magnus, cærulescens.

## P O L Y G Y N I A.

### L I R I O D E N D R U M.

1. **LIRIODENDRUM**. *Hort. cliff.* 223. *Gron. virg.* 60.

*Tulipifera arbor virginiana*. *Herm. lugdb.* 612. t. 613.

*Tulipifera virginiana*, tripartito aceris folio, media lacinia velut abscissa. *Pluk. alm.* 379. t. 117. f. 5. & t. 248. f. 7.

*Tulipifera caroliniana*, foliis productioribus magis angulosis. *Pluk. alm.* 379. t. 68 f. 3.

Arbor tulipifera virginiana, tripartito aceris folio: media lacinia velut abscissa. *Raj. hist.* 1798. *Catesb. carol.*

t. p. 48. t. 48.

*Svecis Pennsylvania Tulpan-träd.*

Habi-



Habitat vulgarissima in Carolina, Virginia, Pennsylvania.

Hospitatur in Frigidario, missa a doctissimo Medico Anglo Isaac. Lawsono & curiosissimo Peregrinatore Catesbæo, Arbor †.

## H E P A T I C A.

- \* HEPATICA, Hort. cliff. 223. Fl. svec. 445.
- ♂. Hepatica flore pleno cæruleo. Rupp. jen. 127.
- ε. Hepatica flore pleno purpureo. Rupp. jen. 127.
- ζ. Hepatica flore pleno albo. Hort. cliff. 223.

Habitat in Europa.

Hospitatur sub dio, perennis.

## P U L S A T I L L A.

- 1. PULSATILLA foliis decompositis ternatis. Hort. cliff. 223. Roy. lugdb. 487.

Anemone tenuifolia, simplici flore. (Species 2-12.)  
Baub. pin. 174.

Anemone hortensis tenuifolia, simplici flore. (Spec. 2-20.)  
Clus. hist. 1. p. 255-260.

Svecis Anemon.

Habitat in Oriente unde Constantinopolin advenit quondam.

Hospitatur æstate sub dio, hyeme in arena sicca servatæ radices, perennes.

## A N E M O N E.

- 1. ANEMONE foliis ternatis ovatis integris serratis, caule unifloro.

Anemone trifolia, flore albo. Baub. hist. 3. p. 412.

Anemone trifolia. Dod. pempt. 436.

Habitat . . . . in Svecia nondum reperi spontaneam, interim non longinquam esse constat.

Hospitatur sub dio, optime, umbrosa amat & spongiosa ac nemorosa, raro semina perficit, perennis.

Obs. Haberet aliquis hanc facile pro varietate Anemonis vulgarissimæ nemorosa, Fl. svec. 450. cum differat solis foliis latioribus exacte ovatis, minime incis, sed tantum æqualiter serratis, cumque tempore & flore conveniant, sed cum semina sint villosa, licet non caudata, pro distincta habeo.

## C L E M A T I S.

- 1. CLEMATIS foliis pinnatis: foliolis ovato-lanceolatis integerrimis. Hort. cliff. 225. Roy. lugdb. 486.

Flammula recta. Baub. pin. 300.

Flammula, Cam. epit. 698. Clus. hist. 1. p. 124.

Habi-



Habitat in collibus *Austriæ*, *Pannoniæ*, & ad *Tanaim*.

Hospitatur *sub dio*, facillime, semina maturans, perennis.

2. CLEMATIS foliis simplicibus lanceolatis. *Hort. cliff.* 225. *Roy. lugdb.* 486.

Clematis cærulea erecta. *Baub. pin* 300.

Clematis cærulea pannonica. *Clus. hist.* 1. p. 123.

Habitat in *Ungaria* & *Tataria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

## A D O N I S.

1. ADONIS floribus octopetalis, fructibus cylindræo-oblongis.

Adonis radice annua. *Hort. cliff.* 321.

- α. Adonis sylvestris, flore phœnicco ejusque foliis longioribus. *Baub. pin.* 178.

Adonis flore pallido. *Cam. epit.* 648.

- β. Adonis hortensis, flore minore atro-rubente. *Baub. pin.* 178.

Flos adonis 1. *Clus.* 1. p. 336.

Franthemum. *Dod. pempt.* 260.

Habitat inter segetes *Germaniæ*, *Galliæ*, *Hispaniæ*, *Italiæ*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

## R A N U N C U L U S.

1. RANUNCULUS foliis quinaris lanceolatis incisoferratis. *Hort. cliff.* 229. *Hall. helv.* 325. *Roy. lugdb.* 490.

- β. Ranunculus folio aconiti, flore albo multiplici. *Baub. pin.* 179.

Ranunculus pleno flore albo. *Clus. hist.* 1. p. 236.

Habitat in alpiibus *Helveticis*.

Hospitatur in *belgiis*, & sæpe *sub dio*, perennis.

2. RANUNCULUS foliis tripartitis laciniatis, caule inferne ramoso, radice tuberosa. *Hort. cliff.* 230.

Ranunculus grumosa radice (spec. 5-10.) *Baub. pin.* 181.

Ranunculus asiaticus, grumosa radice. *Clus. hist.* 1. p. 240 - 243.

Ranunculus constantinopolitanus. *Dod. pempt.* 430.

Habitat in *Asia* aut *Syria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.



3. RANUNCULUS feminibus aculeatis, foliis simplicibus palmatis incisis. *Hort. cliff.* 229.

β. Ranunculus stellatus echinatus creticus. *Baub. pin.* 180.  
*Moris. hist.* 2. p. 440. f. 4. t. 29. f. 24.

Ranunculus creticus echinatus latifolius, *Alp. exot.* 263.  
t. 262.

γ. Ranunculus hirsutus annuus, flore minimo. *Pluk. alm.*  
311. t. 55. f. 1. *Raj. syn.* 3. p. 12. f. 1.

Ranunculus medius arvensis annuus hirsutus, flore omnium minimo. *Moris. hist.* 2. p. 440. f. 4. t. 28. f. 21.

Habitat locis eminentibus cultis, *Angliæ, Cretæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obs. *Artae β. γ. annuæ, procumbentes, licet γ. floribus, foliis, seminibus longe minoribus gaudeat, nullam tamen reperio notam specificam genuinum.*

4. RANUNCULUS foliis filiformi-ramosis, calycibus appendiculatis.

Adonia pusilla segetum, foliis tenuibus trifidis, spica leviter pilosa caudam vulpinam referente. *Pluk. alm.* 11.

Myosurus foliis ramosis. *Hort. cliff.* 117.

Melampyrum luteum minimum. *Baub. pin.* 234.

Melampyrum perpusillum luteum. *Lob. advers.* 11.  
*Dalech. hist.* 420.

Ranunculus ceratocephalus, feminibus sulcatis in spicam adactis. *Moris. hist.* 2. p. 440. f. 4. t. 28. f. 22.

Habitat inter segetes *Gallo-provinciæ, Narbonensis, Hispaniæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## ISOPYRUM.

1. ISOPYRUM stipulis subulatis, petalis acutis.

Helleborus fumaricæ foliis. *Amm. rhut.* 74. t. 12.

Habitat in succulentis umbrosis *Sibiricæ ad fluvios Jeniseam, Selengam, Nertscham.*

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

## HELLEBORUS.

1. HELLEBORUS scapo bifloro subnudo, foliis pedatis.

Helle-



Helleborus scapo florifero subnudo, pedunculo communi bipartito. *Hort. cliff.* 227.

Helleborus niger flore roseo. *Bauh. pin.* 186.

Elleborus niger legitimus. *Clus. hist.* 1. p. 275.

*Pharm.* HELLEBORI NIGRI Radix, Extractum.

Habitat in *Austria, Apenninis, Hetruria.*

Hospitatur in *Frigidario*, florens mense *januario*, adeoque prima in *Horto*, perennis.

2. HELLEBORUS caule æquali folioso; foliis radicalibus caulem tandem superantibus. *Hort. cliff.* 227.

*Roy. lugdb.* 484.

Helleborus niger hortensis, flore viridi. *Bauh. pin.* 185.

Elleborum nigrum alterum. *Cam. epit.* 941.

Helleborastrum. *Lob. ic.* 680.

Habitat in montibus *Viennensibus, Euganeis.*

Hospitatur in *Frigidario* & sæpe *sub dio*, perennis, primo vere florens.

3. HELLEBORUS flore folio insidente. *Hort. cliff.* 227.

*Roy. lugdb.* 484.

Helleborus ranunculoides præcox tuberosus, flore luteo. *Moris. hist.* 3. p. 459. f. 12. t. 2. f. 4.

Aconitum unifolium bulbosum. *Bauh. pin.* 183.

Aconitum hyemale belgarum. *Lob. hist.* 385.

Habitat in *Lombardia, Apenninis, Florentia.*

Hospitatur *sub dio*, & in *Frigidario* perennis, prima florens inter omnes.





CLASSIS. XIV.

DIIDYNAMIA

GYMNOSPERMIA.

TEUCRIUM.

1. TEUCRIUM foliis rhombeo-acutis villosis subtus tomentosus.

Teucrium fruticans bæticum, ampliore folio *Dill. eltb. 397. t. 284. f. 367.*

Teucrium argenteum, subrotundis foliis non sinuosis, flore caeruleo *Pluk. alm. 1363.*

Teucrium bæticum humulius & ramosius, folio subrotundo. *Hort. angl. t. 3.*

Habitat in Bætica regione.

Hospitatur in Frigidario, fruticulus.

Obs. Folia quam Teucrium C. B. breviora, supra villo albo adpersa, subtus tomento niveo recta. Corollæ minores, coeruleo-albicanter venis coeruleiscentibus; Planta brevis frutex.

2. TEUCRIUM foliis lanceolato-linearibus integerrimis subsessilibus, floribus solitariis pedunculatis.

*Hort. cliff. 303.*

Teucrium frutescens, stoechadis arabicæ folio & facie. *Tournef. cor. 14.*

Rosmarinum stoechados facie. *Alp. exot. 103. t. 102. Moris. hist. 3. p. 410. f. 11. t. 16. f. 3.*

Polium angustifolium creticum. *Bauh. pin. 221.*

Pharm. POLII CRETICI Herba.

Habitat in Creta.

Hospitabatur aliquot annis per hyemes in Tepidario, sed periit absque flore.

3. TEUCRIUM foliis ovatis utrinque acutis integerrimis, floribus solitariis utrinque digestis. *Hort. cliff. 303.*

Chamædryis incana maritima frutescens, foliis lanceolatis. *Tournef. inst. 205.*

Marum cortusi. *Bauh. hist. 3. p. 242.*

Pharm. MARI VERI Herba.



Habitat in regno *Valentiae*, *Creta*, *Syria*.

Hospitatur in *Tepidario*, suffrutex.

Vix datur in Regno vegetabili planta odore præstantior, vel magis volatili principio gaudens, adeoque nec in *Hydrope*, *Asthmate*, *Hysteria* præstantior.

4. TEUCRIUM foliis linearibus trifidis integerrimis.  
 Teucrium foliis simpliciter trifidis. *Hort. cliff.* 301.  
*Guett. flor.* 2. p. 248.  
 Chamaepitys lutea vulgaris f. folio trifido. *Baub. pin.* 249.

Chamaepitys prima. *Dod. pempt.* 46.

*Pharm.* CHAMÆPITYOS Herba.

Habitat in arenosis sabulosis restibilibusque agris *Italiae*, *Anglicae*, *Hungariae*.  
 Hospitatur sub dio, annua, cicur.

5. TEUCRIUM foliis ovatis crenatis, floribus laxe spicatis pedunculatis (*Hort. cliff.* 302.) caule frutescente.

Teucrium. *Baub. pin.* 247.

Chamaedrys fruticosior f. Teucrium vulgare, flore ochroleuco. *Moris. hist.* 3. p. 421. f. 11. t. 22. f. 1.

Habitat in asperis nudis *Hispaniae*, *Italiae*, *Siciliae*, *Malthae*.

Hospitatur sub dio, fruticulosa.

Delex. Generatio plantarum nullibi magis in oculos cadit quam in hac planta, ubi corollæ brachia manus obstetricantes porrigunt. En stupendam sapientiam Creatoris.

## ·T H Y M U S.

1. THYMUS erectus, foliis margine reflexis ovatis, floribus verticillato-spicatis. *Hort. cliff.* 305.

Thymus vulgaris, folio tenuiore. *Baub. pin.* 219.

- β. Thymus vulgaris, folio latiore. *Baub. pin.* 219.

Thymum durius. *Dod. pempt.* 276.

*Pharm.* THYMI VULGARIS Herba, Aqua, Semina.  
*Svecis* Timian.

Habitat in montosis & saxosis *G. Narbonensis*, ea copia, qua *Erica* apud nos.

Hospitatur sub dio, ubi et sæpius perennat, β vero raro.

2. THYMUS verticillis lanuginosis, dentibus calycinis setaceis pilosis. *Hort. cliff.* 306.

Thymbra hispanica, majoranæ folio. *Tournef. inst.* 197.

Sama-



Sampfucus f. Marum mastichen redolens. *Baub. pin. 224.*

Mastichina. *Boerb. lugdb. 1. p. 156.*

Marum vulgare f. Clinopodium. *Dod. pempt. 271.*

Habitat in aridis petrosis *Hispaniæ.*

Hospitatur in *Tepidario*, perennis †.

## S A T U R E I A.

1. SATUREJA pedunculis bifloris. *Vir. cliff. 57. Roy. lugdb. 324.*

Satureja hortensis. *Baub. pin. 218.*

Satureja. *Dod. pempt. 287.*

Thymus erectus annuus, foliis lanceolato-linearibus.

*Hort. cliff. 306.*

*Pharm.* SATUREJÆ Herba, *Aqua, Oleum, Semina.*

*Svecis* Kyndel. *Gothis* Safwer.

Habitat in *Gallia Narbonensi.*

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur, frequens.

2. SATUREJA pedunculis dichotomis. *Vir. cliff. 57. Roy. lugdb. 324.*

Satureja montana. *Baub. pin. 218.*

Satureja durior. *Baub. hist. 3. pp. 372.*

Calamintha frutescens, saturejæ folio facie & odore.

*Tournef. inst. 194.*

Melissa foliis linearibus integerrimis. *Hort. cliff. 308.*

Thymbra. *Dod. pempt. 282.*

Saxifraga secunda. *Cam. epit. 717.*

Habitat in glareosis *Hetruriae & Narbonae.*

Hospitatur *sub dio*, interdum in *Frigidario* hybernat, perennis.

## O R I G A N U M.

1. ORIGANUM foliis ovatis obtusis, spicis confertis compactis pubescentibus. *Hort. cliff. 304.*

Majorana vulgaris. *Baub. pin. 224.*

Sampfucus f. Majorana. *Lob. hist. 265.*

*Pharm.* MAJORANÆ Herba, *Conserva, Aqua, Oleum, Semina.*

*Svecis* Mejran.

Habitat - - - - -

Hospitatur *sub dio*, raro semen maturans, frequens in hortis oleraceis.



## LAVANDULA.

1. LAVANDULA foliis lanceolatis integris, spicis nudis. *Hort. cliff.* 303.

Lavendula latifolia. *Baub. pin.* 216.

Pseudo-Nardus s. Nardus italica. *Cam epit.* 17.

*Pharm.* LAVENDULÆ Flores, Conserva, Aqua, Spiritus, Oleum, Semina.

SPICÆ Oleum.

Habitat in apricis petrosis G. Narbonensis, Hispaniæ, Italiæ.

Hospitatur per hyemes in Frigidario, æstate sub dio, perennis plerumque.

2. LAVANDULA foliis duplicato-pinnatifidis. *Vir. cliff.* 6. *Roy. lugdb.* 322. *Hort. cliff.* 303. n. 2.

Lavendula folio dissecto. *Baub. pin.* 216.

Lavendula multifido folio. *Clus. hist.* 1. p. 345.

Habitat circa Bæticæ urbem Malaccam & Murciam.

Hospitatur in apricario, floret primo anno & proxima hyeme in Tepidario quotannis apud nos perit.

3. LAVANDULA foliis lanceolato-linearibus, spica comosa. *Hort. cliff.* 303.

Stæchas purpurea. *Baub. pin.* 216.

Stæchas arabica vulgo dicta. *Baub. hist.* 3. pp. 277.

Stæchas. *Cam. epit.* 465.

*Pharm.* STÆCHADIS ARABICÆ Flores,

Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Lusitania.

Hospitatur in Frigidario, perennis.

## HYSSOPUS.

1. HYSSOPUS spicis secundis. *Hort. cliff.* 304.

Hyssopus officinarum cœrulea s. spicata. *Baub. pin.* 217.

Hyssopus vulgaris. *Dod. pempt.* 287.

- β. Hyssopus vulgaris alba. *Tournef. inst.* 201.

- γ. Hyssopus rubro flore. *Baub. pin.* 217.

*Pharm.* HYSSOPI Herba, Conserva, Syrupus, Essentia, Aqua, Oleum, Semina.

*Svecis* Isop.

Habitat forte in Italia.

Hospitatur sub dio, vulgaris, perennis, cicur.

2. HYSSOPUS corollis transversalibus, staminibus inferioribus corolla brevioribus.

Lophantus vulgo.

Habi-



Habitat ubique in *Sibiria*, inventore *Cl. Gmelino*.

Hospitatur *sub dio*, cicur, perennis.

Radix perennis, caules multi, pedum 4. s. 5, nudi, inferne sexangulares, superne quadrangulares, vix tomentosi, brachiati: Folia inferne terna, superne opposita, cordata, obtusa, concava, petiolata, obtuse serrata, graveolentia; Floralia vero magis ovata & sessilia. E summis virgis Pedunculi oppositi, solitarii, longitudine vix foliorum, singuli bifidi, recurvi. Flores 9. 11 aut 13. ferentes sessiles, Calycibus striatis, oblongis, viscidis. Corollæ magnæ, cæruleæ; labio inferiore non deorsum, sed ad latus sinistrum spectante; labio superiore bipartito; laciniis lateralibus patulis; labio inferiore dentato & inciso. Stylus cæruleus, corolla longior; stamina 4, quorum 2 superiora recta ut pistillum, corolla longiora, 2 vero inferiora corolla breviora. Est ergo *Hyssopus* flore inverso eodem modo, quo *Bugula orientalis* in suo genere.

3. **HYSSOPUS** caule acute quadrangulo glabro. *Vir. cliff.* 58. *Roy. lugdb.* 316. *Gron. virg.* 66. *sub Nepeta.*

*Brunella* bracteis lanceolatis. *Hort. cliff.* 316.

*Sideritis canadensis* altissima, *scrophulariæ* folio, flore flavescente. *Tournef. inst.* 192.

*Betonica virginiana* elatior, foliis *scrophulariæ* glabris, flore ochroleuco *Moris. hist.* 3. p. 365. s. 11. t. 4. f. 11. *Pluk. alm.* 67. t. 150. f. 3.

Habitat in *Virginia*, *Canada*.

Hospitatur *sub dio*, & in *Frigidario*, biennis sæpius,

Caulis humanæ altitudinis, glaber, viridis, acute quadrangularis, angulis concavis. Folia cordata, petiolata, acute serrata glabra, venosa Spicæ terminales tetragonæ, Bracteis lanceolatis, integerrimis. corollæ flavæ, vix calyce majores.

Character *Hyssopi* desumendus est a corollæ labio crenato & staminibus distantibus, ne confluat cum *Nepetæ* genere; hisca positis tres prædictæ species congeneres evadunt.

## M E L I S S A.

1. **MELISSA** floribus ex alis inferioribus subsessilibus. *Hort. cliff.* 307.

*Melissa hortensis.* *Baub. pin.* 229.

*Apiastrum* s. *Melissophyllum.* *Lob. hist.* 277.

*Pharm.* MELISSÆ CITRINÆ Herba, Syrupus, Essentia, Spiritus, Oleum; Semina.

*Svecis* Citron meliss.

Habitat in montibus & sylvis *Allobrogicis*, *Genevensibus* & *Italicis*.

Hospitatur *sub dio*, perennis, sæpius.

## N E P E T A.

\* **NEPETA** floribus interrupte spicatis pedunculatis.

*Hort. cliff.* 310. *Roy. lugdb.* 316. *Gron. virg.* 65. *Fl.*

*svec.* 486.

L 2

*Flori-*



β. Floribus spicatis cæruleis foliis subtomentosis.

γ. Floribus laxe spicatis cæruleis, foliis nudis.

Habitat in Hispania.

Hospitatur sub dio, perennis.

Desc. Ambæ varietates minores, minus tomentosæ & molles, Floribus minoribus & purpurascens; Foliis recurvis profunde & dure serratis. Calyces striati, obliqui seu curvi, inæquales. &c. β magis spicata, foliis latioribus s. cordato-lanceolatis. γ minus spicata, foliis adhuc angustioribus, magisque densioribus.

2. NEPETA foliis sessilibus nudis, calycibus fructus ovatis æqualibus.

Cataria hispanica, betonicæ folio angustiore, flore albo. *Tournef. inst. 202.*

Mentha-cataria hispanica, olim Sideritis altissima, flore albo. *Baub. hist. 3. p. 226.*

Habitat in Hispania.

Hospitatur sub dio, perennis.

Caules erecti, non villosi, brachiati. Folia cordato-oblonga, rugosa, obtuse serrata, sessilia, (præsertim superiora) nuda, minimeque villosa, dura & fere scabra, parum recurva. Spicæ laxæ undique caulem cingentes. Corollæ albæ, valde parvæ. Calyces ad seminum maturitatem ovati, ventricosi, ore erecto, minimeque obliquo, sulcati.

3. NEPETA corymbis geminis pedunculatis axillari- bus, foliis cordato-oblongis acuminatis serratis.

Cataria montana, foliis veronicæ pratensis. *Buxb. cent. 3. p. 27. t. 50. f. 1. pessima.*

Habitat in Sibiria.

Hospitatur sub dio, perennis.

Radix vivax. Caulis pedalis, bipedalis, superne nutans, ramosus. Folia cordato-oblonga, rugosa, supra nitida, subtus venosa, profunda serrata. Ex aliis infimis rami, ex superioribus flores.

Pedunculi solitarii, oppositi, singuli ferentes flores XI, dichotome divisi.

Bractæ filiformes vel nullæ.

Calyces curvi cylindrici, striati labio superiore trifido: media paulo majore, inferiore angustiore bipartito, paulo brevior.

Corolla violacea, tubo calyce longiore, incurvo. Faux lata, compressa; labium superius semibifidum, longitudinaliter connivens, margine longitudinali reflexo. Labium inferius villosum in medio, intermedia crenata. Antheræ oblongæ.

Odor fortis.

## B E T O N I C A.

\* BETONICA spicata, corollarum lacinia intermedia labii inferioris emarginata. *Roy. lugdb. 316. Fl. suec. 487.*

Beto-



β. *Betonica alba*. *Baub. pin.* 235.

Habitat in *Svecia*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. *BETONICA verticillata*, calycibus spinosis.

*Stachys foliis lanceolatis fessilibus basi adtenuatis. Hort. cliff.* 310.

*Sideritis arvensis latifolia glabra. Baub. pin.* 223.

*Alyssum majus. Tabern. hist.* 929.

Habitat in arvis *Germania*.

Hospitatur *sub dio*, annua †.

## D R A C O C E P H A L U M.

1. *DRACOCEPHALUM* foliis linearibus indivisis integerrimis, floribus spicatis.

*Ruyfiana glabra, foliis integris. Amm. ruth.* 50.

*Prunella hyssopi folio viridi, amplo flore cæruleo.*

*Moris. hist.* 3. p. 364. f. II. t. 5. f. 9.

Habitat in *Sibiria* inque deserto *Ufensi Nagaico Tataria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Desc. Radix perennis. Caulis erectus, laevis. Folia linearia (in cultis, lanceolata) obtusiuscula integerrima, glabra, opposita (non verticillata), marginibus revoluta. Ramularum rudimenta ex alis foliorum, hinc multa saepe folia. Spica oblonga, Bracteis ovatis, margine tomentosis. Calyces quinquesidi: Labium superius trifidum, lobo intermedio latiore, Labium inferius angustius. Ergo differt a *Dracocephalo* foliis linearibus ramosis acutis, floribus spicatis, quod habeat Folia angustiora, acutiora & mucronata, saepe villosa; Stipulas tridentatas, fere pungentes; Corollas majores, magis inflatas; Calyces angustiores, sicciore, desinentes in spicas ore quinquesido: lacinia summa rotundata lata, reliquis quatuor angustis lanceolatis.

2. *DRACOCEPHALUM* foliis pinnato-sinuatis obtusis, floralibus spicatis villosis coloratis.

*Moldavica minor canescens, chamædryos folio. Amm.*

*ruth.* 43. t. 7. f. 1.

Habitat ad *Zernatsch*. *Beatus Stellerus*.

Hospitabatur *sub dio*, perit primo anno.

Desc. Radix perennis. Caules spithamei, decumbentes, fere glabri, tetragoni. Folia subovata, obtusa, nuda, pinnatim sinuata: sinibus obtusis, latiusculis, petiolata. Spica bracteis lanceolatis, pinnato-dentatis, villosis purpurascens (adeoque *Melampyri agrestis*), crassa. Calyces striati, sinibus prominulis, ut in reliquis. Corollæ calyce duplo majores tantum, cæruleæ fauce inflatae. Planta cuius synonymam ex figura adduxi folia gerit angustiora, minus sinuata, spicam magis longam & laxam; corollas majores, labio inferiore non cæruleo; sub eodem tamen nomine habui illam siccam & nostræ semina.



3. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis lanceolatis; ferraturis capillaceis.

Dracocephalum floribus verticillatis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 302.

Moldavica betonicæ folio, flore cæruleo. *Tournef. inst.* 184.

Melissa peregrina, folio oblongo. *Bauh. pin.* 229.

Melissophyllum turcicum. *Lob. ad.* 220.

- β. Moldavica betonicæ folio, flore albo. *Tournef. inst.* 184.

*Pharm.* MELISSÆ TURCICÆ Herba, Semina.

Habitat in *Moldavia & Turcia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Radix annua. Caules pedales, tetragoni, nudi, ramosi, brachiati. Folia cordato-oblonga, petiolata, obtuse & profunde serrata, ferraturis obtusis, exceptis baseos, quæ acutiores & in superioribus foliis in capillum desinentes. Bractee lanceolatae, profunde serratae, ferraturis in pilum desinentibus. Flores verticillati ex sex floribus, propriis pedunculis. Calyces erectiusculi, striati: labio superiore trifido, æquali, obtuse mucronato; inferiore angustiore, acuminato, profundius bipartito. Corollæ tubus calyce brevior; labio superiore patente, emarginato; inferiore ut in reliquis trifido, intermedio bifido, sed ad basin gemino tuberculo prominente. Odor fragrantissimus.

4. DRACOCEPHALUM floribus verticulatis, bracteis oblongis; ferraturis spinosis, foliis tomentosis.

Moldavica orientalis, betonicæ folio, flore magno violaceo. *Tournef. cor.* 11. *Comm. rar.* 28. t. 28.

- β. Moldavica orientalis, betonicæ folio, flore magno albido. *Tournef. cor.* 11.

Habitat in *Oriente.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Radix annua. Caulis erectus, semipedalis, inferne brachiatus, obtuse tetragonus, parum tomentosus. Folia ovato-lanceolata s. oblonga, obtuse serrata, striata, longe petiolata, sub-tomentosa, crassa. Odor aromatis. Bractee oblongae vel obverse ovatae, serrato-spinosae. Verticilli erecti cum caule paralleli. Calyces cylindrici, striati, tomentosi, longitudine tubi corollæ, ore quinquesido, lacinia superiore paulo latiore, inferioribus duabus paulo angustioribus. Corolla alba; faux inflata, labio superiore convexo, lateribus clausis, bifido, margine undique reflexo. Labium inferius ut in reliquis, sed magis inflexum, crenatum. Antherae luteae.

5. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis orbiculatis ferrato-ciliatis.

Dracocephalum floribus verticillatis, foliis floralibus orbiculatis. *Hort. cliff.* 309.

Habi-



Habitat in Oriente.

Hospitatur sub dio, annua, eicur.

Desc. Radix annua vel trimestris, Caulis erectus, brachiatus, vix pedalis, nudus. Folia oblonga, in petiolos desinentia, obtusa, obtuse serrata, nuda. Stipulae orbiculatae acute serratae: serraturis excurrentibus in setas minus rigidas. Verticilli ex floribus 6 vel 8, petiolatis. Calyces striati, non tomentosi, quinquesido ore: Lacinia summa latiore, infimis duabus angustioribus. Corolla caerulea vix calyce longior; labio superiore bifido, longitudinaliter connivente, lateribus & apice reflexo; inferiore, ut in reliquis, sed lateralibus minus reflexis & parum crenatis. Calycis labio superiore rotundato, lateralibus angustioribus, infimis angustissimis. Ergo differt a precedente glabritie; Bracteis orbiculatis, minus spinosis; Corollis vix calyce longioribus, caeruleis.

6. DRACOCEPHALUM foliis verticillatis, bracteis oblongis ovatis integerrimis, corollis calyce multoties majoribus.

Moldavica betonicae folio, floribus minoribus caeruleis pendulis. *Amm. rhut.* 44.

Habitat ad ostium Ulae fluvii.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix annua. Caules pedales, tetragoni, obtusi, nudi, ramosi. Folia opposita, ovata s. ovato oblonga, obtusiuscule serrata, viridia, longe petiolata. Flores verticillati ad summitates ramorum caulisque. Verticilli ex decem floribus proprie pedunculatis; Calyces recurvi, striis 16. s. 17. scabris: Labium superius latum, rotundatum, obtusum, mucronatum; reliquis acuminatis aequalibus, infimis angustioribus. Corollae caeruleae, subnantes, tubo calyce longiore; Labio superiore bifido, obtuso, compresso: inferiore trifido; intermedio bifido, rotundato; lateralibus reflexis. Faux inflata, compresso-clausa. Stamina duo longe breviora; superiora longitudine fere labii superioris corollae. Antherae oblongae, compressae, nigrae, margine inferiore albae; Stigmata ovata, bifida. Bractae ovato-oblongae, integerrimae, acuminatae. Haec forte hybrida ex Nepeta; ejus corollam & Dracocephalo cujus calycem habet.

7. DRACOCEPHALUM floribus verticillatis, bracteis oblongis integerrimis, corollis vix calycem aequantibus,

Cedronella tartarica perennis, urticae foliis, flosculis minoribus ex caeruleo rubentibus. *Roy. lugdb.* 537.

Moldavica betonicae folio, floribus minimis pallide caeruleis. *Amm. rhut.* 46.

Habitat ad Jakum flumen & Uralenses montes.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix annua. Caules pedales, tetragoni, ramosi, obtusi, nudi. Folia opposita, ovato-oblonga, in petiolos desinentia, striata, obtusiuscula, serrata, viridia. Verticilli ad summitates caulis & ramorum ovato-oblongi, vel lato lanceolati, integerrimi, striati, s. nervosi. Calyces omnino praecedentis. Corollae pallide caeruleae; Labio superiore patente, nec compresso, obtuse



tuse emarginato; labio inferiore præcedentis. Corollæ vix calyce longiores. Antheræ uti præcedentis sed rubræ. Planta Parva, parum magis odorata quam præcedens. Adeoque Calyx antecedentis; Corolla vero minime Dracoccephali. Nisi præcedens resisteret, dicerem hanc Thymum ob fructificationis structuram; sed facies adeo similis præcedenti, ut diu hæsitarem utrum pro sola varietate assumere, nec non. Anne heic species novæ e diversa copula hybridæ?

## M E N T H A.

1. MENTHA floribus spicatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus. *Hort. cliff.* 306.

Mentha crispa danica s. germanica speciosa. *Moris. hist.* 3. p. 367. s. 11. t. 6. f. 5.

*Pharm.* MENTHÆ CRISPÆ Herba, Conserva, Syrupus, Aqua, Spiritus, Oleum distillatum, Oleum coctum. *Svecis* Krus-mentha.

Habitat - - -

Hospitatur sub dio, perennis.

2. MENTHA floribus spicatis, foliis oblongis serratis.

α. Mentha spicis confertis, foliis serratis sessilibus. *Hort. cliff.* 306.

Mentha sylvestris, folio longiore. *Baub. pin.* 227.

- β. Mentha spicis solitariis interruptis, foliis lanceolatis serratis sessilibus. *Hort. cliff.* 306.

Mentha angustifolia spicata. *Baub. pin.* 227.

Mentha tertia, quarta. *Dod. pempt.* 95.

*Pharm.* MENTHÆ SYLVESTRIS Herba.

Habitat ad agros & sepes Danicæ & Germaniæ, Angliæ, & Galliæ.

Hospitatur sub dio, cicur, perennis.

Hæc α foliis est subtus villosis & tomentosus; β vero foliis utrinque nudis & caule brevior.

3. MENTHA floribus verticillatis, foliis linearibus. *Hort. cliff.* 307.

Pulegium angustifolium. *Baub. pin.* 222.

Pulegium cervinum. *Dalech. hist.* 892.

Habitat in umbrosis succulentis ad Rhodanum & circa Monspelium.

Hospitatur in Tepidario, perennis †.

## O C I M U M.

1. OCIMUM foliis ovatis glabris. *Hort. cliff.* 315.

Ocimum caryophyllatum majus. *Baub. pin.* 226.

Ocimum. *Cam. epit.* 308.

*Pharm.*



*Pharm.* BASILICI Herba, Aqua, Semina,

*Svecis* Basilika.

Habitat in *Zeilona*.

Hospitatur ubique in hortis oleraceis, annua.

2. OCIMUM foliis ovatis integerrimis.

Ocimum foliis ovatis incanis. *Hort. cliff.* 315.

Ocimum minimum. *Baub. pin.* 226.

Ocimum minus. *Dod. pempt.* 279.

β. Ocimum minimum, foliis ex purpura nigricantibus.

*Moris. hist.* 3. p. 407. f. 11. t. 20. f. 17.

Habitat in *Zeilona*.

Hospitatur in *Tepidario* inique fenestris annua.

### CUNILA.

1. CUNILA calycum labio spinoso: superiore trifido; inferiore bipartito. *Hort. cliff.* 313.

Marrubialtrum sideritis folio, caliculis aculeatis, flore flavo cum limbo atro purpureo. *Tournef. inst.* 190.

Sideritis montana, parvo varioque flore. *Baub. pin.* 233.

Sideritis montana, parvo flore nigro-purpureo: capite medio croceo. *Col. ecph.* 1 p. 198. t. 196.

Habitat in incultis montanis sterilibus saxosis *Italia*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

### SIDERITIS.

1. SIDERITIS foliis tripartito-multifidis. *Hort. cliff.* 313.

Cardiaca orientalis canescens, foliis ranunculi pratensis, flore purpureo, calyce molli. *Tournef. cor.* 12.

Habitat in oriente, ego e *Russia* habui.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

### MARUBIUM.

1. MARUBIUM calycum limbo plano, foliis cordatis, caule fruticoso. *Hort. cliff.* 312.

PseudoDictamnus verticillatus inodorus. *Baub. pin.* 222.

PseudoDictamnium. *Dod. pempt.* 281.

Habitat in *Creta*.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

2. MARUBIUM calycum limbo patente: denticulis acutis. *Hort. cliff.* 312.



Marrubium album rotundifolium hispanicum. *Herm. parad.* 201. t. 201.

Marrubium subrotundo folio. *Bocc. mus.* 2. p. 167. t. 122.

Habitat in *Hispania*.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

Obs. Hæc parum differt a præcedente; caulis tomentosus, sed non ita dense ac præcedens. Calyx in hac magis stellatus & plicatus, dentibus acutis.

## S T A C H Y S.

1. STACHYS verticillorum flosculis triginta, calycibus pungentibus.

Stachys cretica. *Baub. pin.* 236. *prodr.* 113.

Stachys folio obscure virente, flore purpurascente.

*Waltb. hort.* 108. t. 19.

Habitat in *Creta*.

Hospitatur sub *dio*, perennis.

Hæc media inter duas sequentes, altitudine cum insequente secunda convenit, sed folia aut caulis non albi ex copiosa lana, licet hirsuta. Corolla extus barbata uti secunda; & color læte ruber uti secundæ; sed calyces pauciores acutiores & manum valde pungentes.

2. STACHYS verticillorum flosculis quadraginta, caule lanato.

Stachys foliis oblongo-cordatis, floribus verticillatis.

*Hort. cliff.* 309.

Stachys major germanica. *Baub. pin.* 236.

Stachys. *Fuchs. hist.* 765. t. 766.

Habitat in montosis saxosis asperis *Germaniæ*, *Angliæ*, *Galliæ*.

Hospitatur sub *dio*, perennis.

Obs. Hæc altissima; caulis lana alba deflexa vestitus. Folia oblonga, mollia. Verticilli non pungentes, ex calycibus plusquam 40, alba lana valde confertis.

3. STACHYS verticillarum floribus duodecim, caule viscoso.

Stachys foliis lanceolato-ovatis ad basin emarginatis, verticillis tomentosus. *Hort. cliff.* 301.

Pseudo-stachys alpina. *Baub. prodr.* 113.

Habitat in *Alpibus Helveticis*.

Hospitatur sub *dio*, perennis.

Obs. Hæc dimidio brevior antecedente, caule parum piloso, viscido. Folia viridia obscure, inferiora cordata & latiora præcedentis, sed non ita tomentosa aut lanata. Verticilli parum pungentes: Calycibus circiter 12 angulatis, pilosa viscidis. Corolla rubro ferruginea.

## L E O N U R U S.

1. LEONURUS foliis tripartitis multifidis linearibus obtusiusculis. Ballo-



Ballote inodora, foliis coronopi. *Amm. rbut. 48. t. 8.*

Habitat in *Sibiria* ad *Udam fluvium*.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obs. Calyx quinquestriatus, quinquedentatus, facies, corolla & omnia Cardiacæ, ut genere separari nequeat. Caulis erectus, glaber, rufescens, quadrangularis. Folia glabra, tripartita: lobis subdivisis in lacinias, ubique lineares, laeves, obtusiusculas. Involucra verticillorum aciformia, acuta.

2. LEONURUS foliis tripartitis laciniatis, calycibus villosis.

Cardiaca, foliis tenuius & profundius incisus, glabra.

*Amm. rbut. 49.*

Cardiaca, foliis tenuius & profundius incisus, villosa.

*Amm. rbut. 50.*

Habitat in *Tataria* desertis.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obs. Facies cardiacæ sed glabra; verticillis densioribus, calycibus quinquesidis, villosis tomentosus.

## PHLOMIS.

1. PHLOMIS involucris tomentosus lanceolatis, foliis cordatis villosis, caule fruticoso.

Phlomis involucris radiis lanceolatis villosis. *Hort. cliff.*

315.

Verbascum latis salviæ foliis. *Baub pin. 240.*

Verbascum sylvestre alterum *Dod. pempt. 146.*

Habitat in siccis petrosis *Sicilia*, *Hispania*, *G. Narbonensis*.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex.

2. PHLOMIS involucris hispidis setaceis, foliis ovato-oblongis scabris, caule herbaceo.

Phlomis involucris radiis setaceis hispidis. *Hort. cliff. 315.*

Phlomis hormini folio angustiore subtus incano, flore minore purpurascens. *Amm. rbut. 41.*

Marrubium nigrum longifolium. *Baub. pin. 230.*

Herba venti. *Lob. ic. 532.*

Sideritis odorata persica. *Zan. hist. - - -*

Habitat in herbis *Monspeli*, inque deserto *kirgis* *Cossacorum* & ad *Samarum*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obs. Herba caule annuo. Folia ovato-oblonga, subtus tomentosa. Calyces hispidi: dentibus erectis, setaceis, laevibus.

3. PHLOMIS involucris radiis hispidis subulatis, foliis cordatis scabris, caule herbaceo.

Phlo-



Phlomis hormini folio, foliis parvis svaverubentibus villosissimis. *Amm. rbut.* 39.

Phlomis, urticæ foliis, glabra. *Amm. rbut.* 40.

Galeopsis maxima, foliis hormini. *Buxb. cent.* 1. p. 4. t. 6.

Habitat in campis feris & ad *Taram urbem Sibiricæ.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obi. *Planta humanæ altitudinis. Tubera insipida magnitudine pomorum radici ad hærent, more stachyos, cui admodum affinis, diu florescentium continuat alta & speciosa planta.*

## M O L U C C E L L A.

1. MOLUCCELLA calycibus quinquedentatis: denticulis æqualibus. *Roy. lugdb.* 314.

Molucca lævis. *Dod. pempt.* 92.

Melissa moluccana odorata. *Baub pin.* 229.

Habitat in *Syria.*

Hospitatur *sub dio*, sed vix semina maturat, annua.

2. MOLUCCA calycibus septemdentatis. *Roy. lugdb.* 314.

Molucca spinosa. *Dod. pempt.* 92. *Dalecb. hist.* 959.

Melissa moluccana foedita. *Baub. pin.* 229.

Habitat in *Moluccis.*

Hospitatur *sub dio*, sed vix ad florem pervenit, hinc perit annua.

## B R U N E L L A.

\* BRUNELLA bracteis cordatis. *Hort. cliff.* 316. *Fl. svec.* 498.

β. Brunella laciniata, flore elegantissime cæruleo. *Boerb. lugdb.* 1. p. 169.

Habitat in *Europa.*

Hospitabatur *sub dio*, hyeme proxima perit.

## S C U T E L L A R I A.

1. SCUTELLARIA foliis subcordatis serratis, spica interrupta, *Hort. cliff.* 317.

Lanium astragaloides. *Corn. canad.* 128. t. 129.

Lanium peregrinum s. Scutellaria. *Baub, pin.* 231. *prodr.* 110.

Cassida. *Column. ecphr.* 1. p. 187. t. 189.

Habitat in umbrosis sepibus saxosis *Florentiæ & Liburni.*

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.



Folia subcordata, glabra, obtuse serrata, petiolata; floralia ovata, glabra, obtuse serrata.

2. SCUTELLARIA foliis ovatis crenatis, spicis imbricatis. *Hort. cliff.* 317.

Cassida alpina supina, flore magno. *Tournef. inst.* 182.

Teucrium alpinum inodorum, magno flore. *Baub.*

*pin.* 247. *prodr.* 116 *sec.* *Burserum inventorem.*

Habitat in Alpibus Helveticis.

Hospitatur in Frigidario, perennis.

Ob! Folia subcordata, petiolata, obtusa, crenata, floralia ovato-oblonga. Spicæ imbricatæ.

3. SCUTELLARIA foliis inciso-ferratis: subtus tomentosis.

Scutellaria foliis pinnatifidis. *Hort cliff.* 316.

Cassida orientalis, folio chamædryos, flore luteo. *Tour-*

*nef. cor.* 11. *itin.* 3. *p.* 159. *t.* 159. *Comm. rar.* 30. *t.* 30.

*Mart. cent.* 18. *t.* 18.

Habitat in Armeria circa Tephlin.

Hospitabatur in Tepidario, sed absoluto flore perit.

4. SCUTELLARIA foliis inciso-ferratis: utrinque glabris, spica rotundato-tetragona.

Cassida alpina supina, magno flore albido. *Tournef.*

*inst.* 182.

Habitat in Sibiria & Tartaria.

Hospitatur sub dio, perennis, cicur.

Desc. Caules semipedales, diffusi; Folia cordata, lateribus profunde serrata, aut incisa, utrinque glabra, petiolata.

Spicæ laxæ quidem, sed fere tetragonæ ex foliolis floralibus ovatis, concavis, integerrimis, patulis. Corollæ luteæ, laciniis lateralibus violaceis.

## P R A S I U M.

1. PRASIUM foliis ovato-oblongis ferratis. *Hort. cliff.* 309.

Melissa fruticosa cretica sempervirens, teucrii facie, flore albo. *Morif. hist.* 3. *p.* 408. *f.* 11. *t.* 21. *f.* 3.

Lanium fruticosum non maculatum creticum. *Zan. hist.* 112. *t.* 46. *Raj. hist.*

Teucrium fruticans, amplo & albo flore, italicum. *Barr. rar.* 1. 895.

Habitat in Sicilia, Cyeta, Agro Tingitano.

Hospitatur in Frigidario hyeme, sub dio æstate, fruticans.

\* VERBENAS vide in Diandria monogynia.



## ANGIOSPERMIA.

## ANTIRRHINUM.

1. ANTIRRHINUM foliis ternis ovatis. *Hort. cliff.* 324.  
 Linaria triphylla minor lutea. *Baub. pin.* 212.  
 Linaria hispanica. *Clus. hist.* 1. p. 320.  
 Linaria valentina. *Dod. pempt.* 184.  
 Habitat in umbrosis montibus *Valentinis & Hyblæis* circa *Syracusas*.  
 Hospitatur in *apricario*, annua.
2. ANTIRRHINUM foliis quaternis lineari-lanceolatis, caule florifero erecto spicato.  
 Linaria caule erecto, foliis confertis lanceolato-linearibus, nectariis subulatis incurvis, floribus laxe spicatis, *Hort. cliff.* 498.  
 Linaria purpurea major odorata. *Baub. pin.* 213.  
 Linaria altera purpurea. *Dod. pempt.* 183.  
 Habitat circa *Neapolim*, ad radices *Vesuvii*.  
 Hospitatur in *Frigidario*, perennis.
3. ANTIRRHINUM foliis lineari-lanceolatis alternis, floribus racemosis, calycibus corolla longioribus. (*Roy. lugdb.* 296. n. 16.) caule erecto.  
 Linaria chalepensis minor erecta, flore albo lineis violaceis notato, calyci ex quinque foliolis instructo infidente. *Moris. hist.* 12 p. 502. f. 5. t. 35. f. 9.  
 Linaria annua angustifolia, flosculis albis longius caudatis. *Triumfett. obs.* 87. t. 87. f. 2.  
 Habitat in *Italia*.  
 Hospitatur *sub dio*, annua.
4. ANTIRRHINUM foliis sublinearibus: inferioribus verticillatis, calycibus piloso viscidis, bracteis reflexis, caule erecto.  
 Linaria foliis linearibus alternis recurvis, ramis caule brevioribus. *Roy. lugdb.* 297.  
 Linaria arvensis cærulea. *Baub. pin.* 213. *Dill. eltb.* 199. t. 163. f. 198.  
 Linariæ odorata monspessulana minor cærulea. *Baub. hist.* 3. p. 461.
- β. Linaria pumila, foliolis carnosis, flosculis minimis flavis. *Baub. pin.* 213. Lina-



*Linaria quadrifolia lutea.* *Baub. pin.* 213.

*Linaria tetraphylla lutea.* *Column. ecphr.* 1. p. 299. t. 300. f. 1.

Habitat in arvis *Angliæ*, & *Galliæ*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obs. *Caulis erectus, glaber, rove casto. Folia linearia, acuminata, inferiora 4, 5. aut 6, verticillatim posita. Capitula subglobosa, obtusa, Calycis longitudine. Calyces obtusi, lineares, pilis gluten secernentibus hispidi. Calcar longitudine corollæ, subulatum. Corolla in  $\alpha$  caerulea: in  $\beta$  vero flava,  $\gamma$  hujus planta paullo major; eandem tamen esse docent partes omnes.*

5. ANTIRRHINUM foliis cordatis quinquelobis alternis (caule flaccido). *Hort. cliff.* 32. *Guett. flor.* 2. p. 210.

*Linaria folio glabro subrotundo, hederæ folio.* *Moris. hist.* 2. p. 503. f. 5. t. 14. f. 30.

*Cymbalaria.* *Baub. pin.* 306. *Dalech. hist.* 1322.

Habitat in rupibus murisque antiquis *Jenæ, Basileæ, Parisiis, Chelsæ, Leydæ, Harlemi etc.*

Hospitatur in ollis, præsertim in *Frigidariis*, annua.

6. ANTIRRHINUM foliis hastatis alternis, caule flaccido.

*Antirrhinum foliis alternis hastatis.* *Hort. cliff.* 323.

*Elatine folio acuminato in basi auriculato, flore luteo.* *Baub. pin.* 253.

*Elatine.* *Cam. epit.* 754.

Habitat in arvis agrisque *Galliæ, Angliæ, Germaniæ, Italiæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

7. ANTIRRHINUM foliis ovatis alternis, caule flaccido.

*Antirrhinum foliis alternis ovatis.* *Hort. cliff.* 323.

*Elatine folio subrotundo.* *Baub. pin.* 252.

*Veronica femina.* *Dod. pempt.* 42.

Habitat in agris & arvis *Germaniæ, Angliæ, Galliæ, Italiæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua, rarius femina maturans.

8. ANTIRRHINUM corollis acaudatis, calycibus brevissimis.

*Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus brevissimis, racemo terminatrice.* *Vir. cliff.* 61.

*Hort. cliff.* 324. n. 12.

*Antirrhinum majus alterum, folio longiore.* *Baub. pin.* 211. An-



*Antirrhinum majus rotundiore folio. Bauh. pin. 211.*

*Antirrhinum luteo flore. Bauh. pin. 211.*

*Antirrhinum. Dod. pempt. 182. Job. ic. 404.*

Habitat in maceriis ruderatis sepibus *Italiae, Hispaniae, G. Narbonensis.*

Hospitatur in *Frigidario*, biennis.

Obf. Foliorum figura ex ovato in lineari lanceolatum variat, sed calycis folia brevia hispido-glutinosa, constantia sunt.

9. **ANTIRRHINUM** corollis acaudatis, calycibus corolla longioribus.

*Antirrhinum foliis lanceolatis petiolatis, calycibus flores superantibus. Hort. cliff. 324.*

*Antirrhinum arvense majus. Bauh. pin. 212.*

*Antirrhinum sylvestre, Phyteuma. Dod. pempt. 182.*

*Pharm. ANTIRRHINI Herba.*

Habitat in arenosis arvisque *Germaniae, Galliae, Angliae, Italiae.*

Hospitatur *sub. dio*, annua.

**MIMULUS.**

I. **MIMULUS** *Act. ups. 1741. p. 82, vide Tabulam nostram.*

*Digitalis caerulea, floribus in fistulam contractis, virginiana. Pluk. alm. 139.*

*Digitalis virginiana lysimaciae facie, foliis subrubentibus, flore violaceo minore. Moris. prael. 259.*

*Digitalis perfoliata glabra, flore violaceo minore. Moris hist. 2. p. 479. f. 5. t. 8. f. 6. Raj. hist. 769.*

*Lysimachia galericulata f. Gratiola elatior non ramosa. Gron. virg. 69.*

Habitat in *Virginia, Noreboraco* locis humentibus.

Hospitatur *sub. dio*, perennis; misit. Cl. B. *Festucus.*

Desc. Radix stolonifera ut *Epilobium*. Facies planta *Lythri*. Caulis bipedalis, laevis, quadrangularis, angulis alternis concavis. Rami ex alis inferioribus breviores, ex alis superioribus Flores solitarii, versus austrum nutantes. Folia lanceolata, opposita, amplexicaulia, glabra, serrata. Pedunculi oppositi, nudi, longitudine floris. Calyx nutans, angulis 5, acutis, compressis. Corolla pallide caerulea; Gaea sursum replicata; labium inferius patens, Fructus erectus.

**MARTYNIA.**

I. **MARTYNIA** foliis ferratis. *Hort. cliff. 322. t. 18.*

Habitat in *America calidiore.*

Hospitatur in *Caldario*, ubi floret sed semina non maturat, perennis, radice *Lathraeae.*







## S C R O P H U L A R I A.

1. SCROPHULARIA foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule acutangulo, racemis terminalibus.

Scrophularia foliis cordatis, petiolorum alis in caulem decurrentibus. *Guett. flor. 2. p. 201.*

Scrophularia aquatica major. *Baub. pin. 235.*

Scrophularia aquatica major, caule fimbriato. *Loes. pruss. 248. t. 73.*

Scrophularia femina *Cam. epit. 867.*

Betonica aquatilis. *Dod. pempt. 50.*

*Pharm.* SCROPHULARIÆ AQUATICÆ Folia.

Habitat in humidis *Angliæ, Helvetiæ, Galliæ.*

Hospitatur *sub dio*, cicur, biennis s. triennis.

Obs. Corollæ labium interius emarginatum. Caulis lævis, tetragonus, angulis membranaceis seu petiolis membranaceis decurrentibus secundum angulos, caulis in membranam seu aciem sepe undulatum.

2. SCROPHULARIA foliis cordatis oppositis, pedunculis axillaribus solitariis multifloris. *Hort. cliff. 322.*

*Roy. lugdb. 293.*

Scrophularia flore luteo. *Baub. pin. 236. prodr. 112. t. 112.*

Lamium pannonicum 2. exoticum. *Clus. hist. 2. p. 38.*

Habitat in *Helvetia & Italia* rarius.

Hospitatur *sub dio*, biennis, cicur.

3. SCROPHULARIA foliis cordatis: superioribus alternis, pedunculis axillaribus bifloris. *Hort. cliff. 322.*

*n. 4.*

Scrophularia folio urticæ. *Baub. pin. 236.*

Scrophularia peregrina. *Cam. hort. t. 14.*

Habitat in *Italia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

4. SCROPHULARIA foliis cordatis ferratis acutis: basi rotundatis, caule obtuse tetragono.

Scrophularia foliis cordatis oppositis, racemo terminatrice. *Gron. virg. 71.*

Scrophularia marilandica, longo profunde ferrato urticæ folio. *Raj. supp. 396.*

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obs. Differt a *Scrophularia nodosa foetida*. *Fl. succ. 520*; quod duplo altior, 2. foliis minus atrocinidibus & siccoribus. 3. Foliis exacte cordatis, nec



*juxta petiolum transversim exsectis, sed mox rotundatis. 4. Caule minus acute tetragono, cum petiolorum margo minime decurrat uti in vulgari. 5. Pistillo longitudine fere labii inferioris, quod non in vulgari. 6. Pedunculorum pilis glandiferis ravioribus & minoribus in hac, quam in vulgari.*

## D I G I T A L I S.

1. DIGITALIS foliolis calycinis ovatis acutis, corollis obtusis: labio superiore integro.

*Digitalis foliolis calycinis ovatis. Hort. cliff. 318.*

*Digitalis purpurea, folio aspero. Baub. pin. 243.*

*Digitalis purpurea. Dod. pempt. 168.*

β. Digitalis alba, folio aspero. *Baub. pin. 229.*

*Habitat in Germania, Anglia, Gallia, Italia.*

*Hospitatur sub dio, biennis sæpius.*

2. DIGITALIS foliis calycinis lanceolatis, corollis acutis: labio superiore bifido.

*Digitalis foliis calycinis subulatis, floribus imbricatis. Hort. cliff. 318.*

*Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore. Baub. pin. 244.*

*Digitalis lutea, minore flore. Moris. hist. 2. p. 479. f. 5. t. 8. f. 5.*

*Habitat in montibus sabulosis Colbeck Gallia, Geneva, Salerni, Neapolis, Monspelii.*

*Hospitatur sub dio, biennis.*

## B I G N O N I A.

1. BIGNONIA foliis pinnatis: foliolis incisis, geniculis radicatis. *Hort. cliff. 317. Gron. virg. 73.*

*Bignonia americana, fraxini folio, flore amplo phœnico. Tournef. inst. 164.*

*PseudoApocynum hederaceum americanum, tubuloso flore phœniceo, fraxini folio. Moris. hist. 3. p. 612. f. 15. t. 3. f. 1.*

*Gelsemium ederaceum indicum, Corn. canad. 102. t. 103.*

*Habitat in Virginia.*


*Hospitatur in Frigidario, perennis, fruticans.*

## R U E L L I A.

1. RUELLIA foliis petiolatis, floribus verticillatis subsessilibus.

Ruel-







Ruellia foliis petiolatis, fructu sessili conferto. *Hort. cliff. 318. Gron. virg. 73.*

Ruellia strepens, capitulis comosis. *Dill. elth. 300. t. 249. f. 321.*

Adhatoda carolina pilosa, calyce barbato. *Pet. hort. 241.*

Habitat in *Virginia, Carolina.*

Hospitatur in *Caldario*, fructificans, perennis.

2. RUELLIA foliis petiolatis, pedunculis longis subdivisis nudis.

Ruellia foliis sessilibus, pedunculis trifloris. *Hort. cliff. 318.*

Ruellia capsulis teretibus. *Dill. elth. 328. t. 248. f. 320.*

Habitat in *Barbados.*

Hospitatur in *Caldario*, perennis, fructificans.

Obser. *Primis annis non floret, tamen fructus fert, sequentibus annis pulchre floret. At primis annis adest calyx, adest etiam corolla sed minima, & non explicata, calyce brevior cum antheris. Adeoque eodem modo quo Anandria vel Campanula 3. p. 40. floret.*

## C E L S I A.

1. CELSIA foliis duplicato-pinnatis. *Hort. cliff. 321.*

*Roy. lugdb. 301. vide figuram nostram.*

Verbascum orientale, sophiæ folio. *Tournef. cor. 8.*

*Buxb. cent. 5. p. 17. Boerb. lugdb. 1. p. 228.*

Blattaria orientalis, agrimonix folio. *Buxb. cent. 1. p.*

*14. t. 20.*

Blattaria folio multifido, flore luteo. *Boerb. lugdb. 1.*

*p. 229.*

Habitat in *graminosis Cappadociæ & Armeniæ.*

Hospitatur in *vaporariis*, annua.

## B R O V A L L I A.

1. BROVALLIA. *Hort. cliff. 318. t. 17.*

Habitat in *America calidiore.*

Hospitatur in *Vaporario & Caldario*, annua. misit Cl: Gleditschius Prof. *Berolinensis.*

Obs. *Planta sesquipedalis: Ramis alternis, subramosis, virgulis erectiusculis parum villosis. Folia alterna, ovata, integerrima, venosa, viridia, scabra, petiolata, reflexa. Flores axillares, solitarii, pedunculati. Corollæ limbus infundibuliformis, plerumque quinquefidus, cæruleus; lacinia superiore (quæ labium est superius) magis reflexa, ad basin macula flava notata; laciniis quatuor reliquis (quæ labium inferius constituunt) singulis æqualibus cum superiore. Stamina 4, quorum duo majora claudunt filamentis umbilicis cum limbi corollæ. Germen retusum, Capsula magnitudine calycis, a*



quo testâ, bilocularis est. Receptaculum teretiufculum, columnare, dissepimento affixum.

## LANTANA.

1. LANTANA foliis oppositis, caule aculeato. *Hort. cliff.* 498.

Myrobatindum viburnifolium spinosum, floribus coccineis. *Vaill. act.* 1722. p. 276.

Viburnum americanum odoratum, urticæ foliis latioribus, floribus miniatis. *Pluk. alm.* 385. t. 223. f. 5.

Camara spinosa, flore variegato. *Plum. gen.* 32. *Barr. æquin.* 30.

Habitat in America calidiore.

Hospitatur in Caldario, frutex, quotannis fructificans.

2. LANTANA foliis oppositis, caule inermi, spicis oblongis.

Myrobatindum salviæ folio longiore, flore roseo. *Vaill. act.* 1722. p. 277.

Viburnum, cisti feminæ s. salviæ foliis mucronatis, americanum odoratum minus, floribus incarnatis. *Herm. prodr.* 384. *Pluk. alm.* 386.

Viburnum americanum minus, cisti feminæ foliis crenatis, flore carneo. *Breyn prodr.* 2. p. 103.

Periclymenum rectum humilius, salviæ folio rugosiore, flore purpureo, fructu oblongo esculento purpureo. *Sloan. flor.* 164. *hist.* 2. p. 82. t. 195. *Raj. dendr.* 30.

Camara arborescens, salviæ folio. *Plum. gen.* 32. *Barr. æquin.* 29.

- β. Myrobatindum salviæ folio rotundiore, flore purpureo. *Vaill. act.* 1722. p. 277.

Viburnum americanum odoratum, folio parvo orbiculato, floribus & baccis foliolo interceptis. *Pluk. alm.* 386. t. 114. f. 5. *Herm. parad.* 384.

Periclymenum rectum, salviæ folio rugoso minore subrotundo. *Sloan. flor.* 164.

Camara arborescens, salviæ folio. *Plum. gen.* 32.

Habitat in Jamaica & calidis Americæ.

Hospitatur in Caldario altitudine humana, sed annua.



## VOLKAMERIA.


1. VOLKAMERIA ramis spinosis.  
 Ligustroides. *Hort cliff.* 489. *descr.*  
 Ligustrum aculeatum, fructu testiculato. *Plum. spec.*  
 489.  
 Paliuro affinis ligustrifolia spinosa, flore monopetalo  
 difformi, fructu sicco subrotundo. *Sloan. flor.* 137.  
*hist.* 2. p. 137. t. 266. f. 2. 3. *Raj. dendr.* 95.  
 Duglassia spinosa, ligustri folio. *Amm. herb.* 576.  
 Habitat in *Jamaica, Barbados.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, per plures annos arbuscula †.

## ACANTHUS.

1. ACANTHUS foliis sinuatis inermibus. *Hort. cliff.* 326.  
 Acanthus fativus s. mollis virgilii. *Baub. pin.* 383.  
 Carduus acanthus s. Branca ursi. *Baub. hist.* 3. p. 75.  
*Pharm.* BRANCÆ URSI Herba.  
 Habitat in petrosis humentibus *Italiae, Siciliae.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

## MELIANTHUS.

1. MELIANTHUS stipulis solitariis petiolo adnatis.  
*Hort. cliff.* 492.  
 Melianthus africanus. *Herm. lugdb.* 414. t. 415.  
 Pimpinella spicata maxima africana. *Barth, act.* 1673.  
 t. 58.  
 Habitat in locis succulentis *Capitis b. spei.*  
 Hospitatur in *Frigidario*, perennis.





## CLASSIS XV.

## TETRADYNAMIA

## SILICULOSA.

## MYAGRUM.

1. MYAGRUM filiculis obverse cordatis subsessilibus (foliis amplexicaulibus). *Hort. cliff.* 328.

*Myagrums monospermum latifolium. Baub. pin.* 109. *prodr.* 52. *t.* 51. *Tournef. inst.* 211.

*Myagrums monospermum latifolium, filiculis fungosis glabris articulatis. Moris. hist.* 2. *p.* 267. *f.* 3. *t.* 21. *f. antepenult.*

*Myagrums monospermum. Baub. hist.* 2. *pp.* 894.

Habitat inter segetes Galliae.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Facies *Thlaspeos*, caule erecto. Folia *Turritidis*, glabra, amplexicaulia, Siliculæ subsessiles, obverse cordatæ cum mucrone, gibba cordis utrinque transversim dissecto cavitate orbiculari gaudente; sed silicula infra has cavitates unico semine foeta est.

2. MYAGRUM filiculis biarticulatis, foliis extrorsum sinuatis denticulatis.

*Crambe foliis lanceolatis dentato-sinuatis. Hort. cliff.* 340.

*Rapistrum monospermum. Baub. pin.* 95. *prodr.* 37. *t.* 37. *Baub. hist.* 2. *p.* 845.

Habitat in Oriente.

Hospitatur sub dio, perennis.

Obs. Radice pereuni a congeneribus nostris differt, qua longissime descendit. Folia oblonga, sinuata: sinibus extrorsum versis, margine denticulata, utrinque scabra. Caulis ramosus, virgatus, patens, minus altus. Flores lutei, caulis arcte adfixi. Stamina apice non bifida. Siliculæ laeves duplici articulo, singulo semine foecundo.

3. MYAGRUM filiculis sulcatis lævibus, foliis oblongis dentato-sinuatis.

*Rapistrum Orientale, folio raphani, capsulis rugosis.*

*Beerb. lugdb.* 2. *p.* 2.

Habitat in Oriente.

Hospitatur sub dio, annua.



Obs. Facies antecedentis, sed Radix annua; Corollæ saturatè flavæ, nec ut sequentis albido-flavescentes. Folia oblonga, basi acuta, dentato-sinuata, scabra, petiolata. Racemi longi, petalis obtusis. Siliculæ ovatæ, mucronatæ.

4. MYAGRUM filiculis fulcatis rugosis, foliis oblongis obtusis dentatis.

Myagrum arvense, folio auriculato acuto, filiquis rotundis asperis. *Dill.*

Habitat - - - - -

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Differt a præcedenti corollis flavescentibus s. flavo-exalbidis, Foliisque minus sinuatis & obtusioribus. Hæ tres species posteriores cum *Cakile Tournefortii* magnam affinitatem habent.

A N A S T A T I C A.

1. ANASTATICA, *Hort. cliff.* 328.

*Thlaspi Rosa de hiericho dictum. Moris. hist. 2. p. 228.*

*s. 3. t. 25. f. 2. 3. Tournef. inst. 213.*

*Rosa hierochuntea vulgo dicta. Baub. pin. 484.*

*Rosa hierochuntica. Cam. hort. t. 41.*

*Rosa de hiericho. Dalech. hist. 1796.*

Habitat in *Maris Rubri* littoribus sabulosis, ubi, postquam maturuere semina, rami ejus pugni ad instar contrahuntur & pericarpia comprimunt, mox æstu maris autumnali abripitur integra planta, in profundum projicitur; sed dum, vere insequente, mare purgamenta sua littoribus impingit, etiam hanc in arenam expuit, ubi in tepida littoris aqua expanditur (Frigidi enim non relaxantur rami) & semina demittit, quæ aqua defluente germinant in ripa. vide *Orat. nost. de telluris incremento. pag. 48.*

Hospitatur in *Vaporario* & terra prægnante, annua.

L E P I D I U M.

1. LEPIDIUM foliis oblongis multifidis, *Vir. cliff.* 63.

*Hort. cliff. 331. n. 4. Roy. lugdb. 335.*

*Nasturtium sylvestre vulgatum. Baub. pin. 103.*

*Nasturtium hortense. Dod. pempt. 711.*

β. Nasturtium hortense crispum. *Baub. pin. 104. prodr.*

*44. t. 43.*

*Pharm. NASTURTII HORTENSIS Herba, Semina,*

*Svecis Krasse,*

Habitat - - - - -

Hospitatur sub dio, cicur, annua.

2. LEPIDIUM foliis caulinis pinnato-multifidis; ramiferis cordatis amplexicaulibus integris. *Hort. cliff.* 331.



Nasturtium orientale, foliis inferioribus millefolium, superioribus perfoliatam referentibus. *Tournef. inst.* 214.

Thlaspi perfoliatum persicum perfoliatum maximum. *Moris. hist.* 2. p. 294. f. 3. t. 25. f. 17.

Thlaspi verum discoridis 1. *Zan. hist.* 193.

Habitat in *Persia & Soria*,  
Hospitatur *sub dio*, annua.

## COCHLEARIA.

1. COCHLEARIA foliis caulinis cordato-sagittatis amplexicaulibus *Hort. cliff.* 332.

Lepidium glastifolium. *Baub. pin.* 97.

Lepidium annuum. *Dalech. hist.* 1297.

Habitat - - -

Hospitatur in *Frigidario*, biennis aut triennis.

## IBERIS.

1. IBERIS foliis cuneiformibus integerrimis obtusis. *Hort. cliff.* 330.

Thlaspidium fruticosum, leucoji folio, sempetlorens. *Tournef. inst.* 214.

Thlaspi latifolium polycarpon, leucoji foliis. *Bocc. sic.* 55. t. 22. f. a-1.

Habitat in *Sicilia prope Panormum*.

Hospitatur in *Frigidario*, fruticans, perennis.

2. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus serratis, superioribus integerrimis. *Hort. cliff.* 330.

Thlaspi umbellatum creticum, iberidis folio. *Baub. pin.* 106.

Draba f. Arabis f. Thlaspi candidæ. *Dod. pempt.* 713.

Habitat in *Sylvis montosis Hetrurice, Creta*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obi. *Variat albis rubricque flavibus.*

3. IBERIS foliis lanceolatis acutis subdentatis, floribus racemosis.

Iberis foliis obverse lanceolatis, floribus umbellatis. *Guett. flor.* 2. p. 146.

Thlaspi umbellatum arvense, iberidis folio. *Baub. pin.* 106.

Thla-



Thlaspi umbellatum arvense amarum. *Baub. hist.* 2. p. 825.

Thlaspidium folio iberidis. *Riv. tetr.* 112.

Habitat in agris *Genevæ, Basiliæ.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obi *Præcedenti similis, sed minor; Flores non ita corymbosi, sed in racemum elongati.*

## B I S C U T E L L A.

1. BISCUTFLLA filiquis orbiculato - didymis a stylo dehiscentibus. *Hort. cliff.* 329.

Thlaspidium monspelicie, hieracii folio hirsuto. *Tournes. inst.* 214.

Thlaspi biscutatatum asperum hieracifolium & majus. *Baub. pin.* 107.

Thlaspi clypeatum. *Clus. hist.* 2. p. 133.

Habitat in *Germania, Gallia, Italia, Sicilia.*

Hospitatur *sub dio* annua.

2. BISCUTELLA calycibus nectario utrinque gibbis, filiculis in stylum cocuntibus. *Hort. cliff.* 329.

Thlaspidium hirsutum, calyce floris auriculato. *Tournes. inst.* 214.

Thlaspi biscutatatum villosum, flore calcari donato. *Baub. pin.* 107. *prodr.* 49.

Leucojum montanum, flore pedato. *Col. esphr.* 2. p. 59. t. 61.

Habitat in *Galloprovincia, ditione Pontificis.*

Hospitatur in *sub dio*, annua.

## C L Y P E O L A.

1. CLYPEOLA filiculis unilocularibus monospermis. *Hort. cliff.* 329.

Thlaspi clypeatum, serpilli folio. *Baub. pin.* 107.

Jon - thlaspi minimum spicatum lunatum. *Column. esphr.* 1. p. 281. t. 284.

Habitat in nudis sabulosis sterilibus soli orienti oppositis *G. Narbonensis et Italia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## A L Y S S U M.

1. ALYSSUM ramulis suffruticosis diffusis, foliis punctato - echinatis.



Alyssum foliis lanceolatis obtusis incanis, caulibus procumbentibus, radice perenni. *Hort. cliff.* 332.

Alysson perenne montanum incanum. *Tournef. inst.* 217.

Thlaspi montanum luteum. *Baub. hist.* 2. p. 928. t. 929.  
*bona.*

Habitat forte in *Sibiria*, mihi enim enata inter plantas ex seminibus Sibiricis.  
Hospitatur *sub dio*, cicur.

Obs. Tota planta arida & fere scabra sentitur; si vero lente vitrea inspiciatur, observatur punctis echinatis ex setis minimis stellatim positis adpersa, non tantum in foliis, sed & in caule.

### D R A B A.

1. *Draba* filiculis lateralibus sessilibus incanis obliquis, petalis integerrimis.

*Lunaria leucoji* folio, filiqua oblonga majori. *Tournef. inst.* 218.

*Leucojum alyssoides* clypeatum majus. *Baub. pin.* 201.

Alysson dioscoridis. *Dod. pempt.* 89.

Habitat forte in *Europa australi*.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

### V E L L A.

1. *VELLA*. *Hort. cliff.* 329.

*Nasturtium sylvestre*, erucæ affine. *Baub. pin.* 105.

*Nasturtium sylvestre valentinum*. *Clus. hist.* 2. p. 130.

Habitat in *Hispania*.

Hospitatur in *altis*, annua.

## S I L I Q U O S A.

### B U N I A S.

1. *BUNIAS* foliis retrorsum sinuatis.

*Crambe* foliis pinnato-hastatis. *Roy. lugdb.* 330.

*Crambe orientalis*, dentis leonis folio, erucaginis facie. *Tournef. cor.* 14.

Habitat in *Russia*.

Hospitatur *sub dio*, perennis, cicur.

Desc. Radix perennis. Planta humanæ altitudinis. Calyces patuli; unguis corollo erectæ. Germen tuberculis s. spinis scabrum. Sapor acris plantæ.

2. *BUNIAS* foliis antrorsum sinuatis.

*Bunias*, *Hort. cliff.* 340.



Raphanistrum monospermum monspeliacum, filiqua quadrangulari echinata. *Herm. lugdb.* 520.

Erucago segetum. *Tournef. inst.* 232.

Erucago monspeliaca, filiqua quadrangula echinata.

*Baub. pin.* 99. *prodr.* 41. t. 41.

Sinapi echinatum. *Dalech. hist.* 647.

Habitat in humidis inter segetes *Monspeli.*

Hospitatur *sub dio*, annua †.

## CHEIRANTHUS.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtusis incanis (*Hort. cliff.* 334.) filiquis apice truncatis compressis.

Leucojum, incano folio, hortense. 1-7. *Baub. pin.* 200.

Leucojum candidum majus. *Dod. pempt.* 159.

Habitat - - - forte in locis quibusdam maritimis.

Hospitatur in *Frigidario*, rarius *sub dio*, biennis vel triennis.

2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris.

*Hort. cliff.* 334. *Gnett. flor.* 2. p. 156.

Leucojum luteum vulgare. *Baub. pin.* 202.

Leucojum luteum. *Dod. pempt.* 160.

β. Leucojum luteum, pleno flore, majus. *Baub. pin.* 202.

*Pharm.* CHEIRI Flores.

Habitat in testis murisque antiquis *Helvetiae*, *Angliae*, *Galliae*.

Hospitatur in *Frigidario*, biennis.

3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis subdenticulatis retusis, filiquis apice subulatis.

Hesperis caule ramosissimo, foliis lanceolatis dentatis.

*Hort. cliff.* 335.

Hesperis chia saxatilis, leucoji folio serrato, flore parvo. *Tournef. coroll.* 16.

Hesperis filiquis hirsutis, flore parvo rubello. *Boerb.*

*lugdb.* 147. *Dill. elth.* 180. t. 147. f. 178.

Habitat in *Cbio* insula.

Hospitatur *sub dio*, annua.

## HESPERIS.

1. HESPERIS caule hispido ramoso patente.

Hesperis caule hispido procumbente. *Hort. cliff.* 335.

Hesperis montana pallida odoratissima. *Baub. pin.* 202.

Hespe-



Hesperis pannonica. *Cam. hort. t. 18.*

*Svecis Nattfiol.*

Habitat in *Hungaria.*

Hospitatur *sub dio*, biennis.

2. HESPERIS caule simplici, foliis ovato-lanceolatis denticulatis. *Hort. cliff. 335.*

Hesperis hortensis. *Baub. pin. 202.*

Viola matronalis. *Dod. pempt. 161.*

- β. Hesperis hortensis, flore candido. *Tournef. inst. 222.*

Habitat *Neapoli.*

Hospitatur *sub dio*, biennis.

3. HESPERIS caule ramosissimo diffuso, siliquis teretibus.

Cheiranthus foliis lanceolato-linearibus acutis glabris utrinque dentatis. *Hort. cliff. 331.*

Leucojum saxatile, folio coronopi, flore obsoleto odorato, petalis undulatis. *Boerb. lugdb. 2. p. 18.*

Leucojum minus, lavendulae folio, obsoleto flore, angustifolium. *Bocc. mus. 2. p. 148. t. III. Barr. rar. t. 803.*

Habitat in montibus *Galloprovinciae supra Orgon.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## R A P H A N U S.

1. RAPHANUS siliquis teretibus torosis bilocularibus. *Hort. cliff. 340.*

- α. Raphanus minor oblongus. *Baub pin. 96.*

Raphanus minor purpureus. *Lob. hist. 99.*

*Svecis Radis.*

- β. Raphanus major orbicularis vel rotundus. *Baub. pin. 96.*

Raphanus f. Radicula fativa. *Dod. pempt. 76.*

*Svecis Rättika. Sommarrättika.*

- γ. Raphanus niger. *Baub. pin. 96.*

*Svecis Vinterrättika.*

*Pharm. RAPHANI Radix recens, Semina.*

Habitat - - -

Hospitatur ubique *sub dio* inter olera, biennis.

## C A R D A M I N E.

1. CARDAMINE foliis pinnatis, foliolis lobatis æqualibus petiolatis. *Roy. lugdb. 345.*

Car-



- Cardamine sicula, foliis fumaricæ. *Tournef. inst.* 225.  
 Sio minimo prosperi alpini affinis, filiculis latis. *Bocc. sicc.* 84. t. 45. f. 2. *Roy. hist.* 815.
- Cardamine græca, chelidonii folio, rarius & profundius inciso, flore albo. *Tournef. cor.* 16.
- Nasturtium montanum nanum, rotundo thalictri folio, cyrenæum. *Bocc. mus.* 2. p. 171. t. 116.
- Habitat in *Sicilia*, *Corfica*, reliquisque *Græcæ* insulis, Hospitatur in *ollis*, annua.

## BRASSICA.

1. BRASSICA radice caulescente tereti carnosa. *Hort. cliff.* 338.
- β. Brassica vulgaris sativa. *Dod. pempt.* 621.  
 Brassica viridis. *Baub. pin.* 111.  
*Svecis* Grönkåhl.
- γ. Brassica capitata rubra. *Baub. pin.* 111.  
*Pharm.* BRASSICÆ RUBRÆ Semina.  
*Svecis* Sallat-kåhl.
- δ. Brassica capitata alba. *Baub. pin.* 111.  
*Svecis* Hvit hufvud kåhl.
- ε. Brassica alba crispa. *Baub. pin.* 111.  
 Brassica undulata. *Reneal. spec.* 131.  
 Brassica fabauda. *Dod. pempt.* 624.  
*Svecis* Saphoi kåhl.
- ζ. Brassica fimbriata. *Baub. pin.* 112.  
 Brassica fabellica. *Reneal. spec.* 134. t. 133.  
*Svecis* Vinter-kåhl, Blå-kåhl.
- η. Brassica laciniata rubra. *Baub. hist.* 2. p. 832.  
*Svecis* Krus-kåhl.
- θ. Brassica cauliflora. *Baub. pin.* 111. *Dod. pempt.* 624.  
*Reneal. spec.* 131. t. 133.
- Brassica florida botrytis. *Lob. hist.* 123.  
*Svecis* Blom-kåhl.
- ι. Brassica radice napiformi. *Tournef. inst.* 219.  
 Napobrassica. *Baub. pin.* 111. *prodr.* 54.  
*Svecis* Rot-kåhl.
- κ. Brassica caule rapum gerens. *Dod. pempt.* 625.



*Brassica gongylodes. Baub. pin. 111.*

*Brassica caulo-Rapa. Baub. hist. 2. p. 829.*

*Svecis Kåhl-rabi.*

λ. *Brassica angusto apii folii. Baub. pin. 112.*

*Brassica selenisia angustifolia & latifolia. Tabern. hist.*

786.

*Svecis Plumafie-kåhl.*

*Habitat in Europa.*

*Hospitatur sub dio, ubique biennis.*

*Observ. Qui poterit dare harum varietatum spontaneas plantas, ille determinet earum species.*

2. BRASSICA foliis cordatis amplexicaulibus glabris, radicalibus scabris integerrimis, filiquis tetragonis.

*Brassica orientalis perfoliata, flore albo, filiqua quadrangula. Tournef. cor. 16.*

*Habitat in Oriente.*

*Hospitatur sub dio, annua.*

3. BRASSICA radice caulescente orbiculari depressa carnosa. *Hort. cliff. 339.*

*Rapa fativa rotunda. Baub. pin. 89.*

*Rapum vulgare. Dod. pempt. 673.*

*Pharm. RAFI Syrupus, Semina, Oleum.*

*Svecis Rofva.*

*Habitat in Europa.*

*Hospitatur ubique in cultis, biennis.*

\* BRASSICA radice caulescente fusiformi. *Hort. cliff. 339. Flo. Sv. 547.*

β. *Napus fativa. Baub. pin. 95.*

*Napus. Dod. pempt. 674.*

*Svecis Stickrofva.*

*Habitat in Gotlandia.*

*Hospitatur sub dio, biennis.*

γ. BRASSICA foliis lyratis, caule hirsuto, filiquis glabris.

*Sisymbrium foliis pinnatifidis: laciniis exterioribus majoribus, caule hirsuto. Hort. cliff. 337.*

*Eruca latifolia alba. Baub. pin. 98.*

*Eruca fativa. Dod. pempt. 708.*

*Pharm. ERUCÆ Semina.*



Habitat - - - an ex sequenti orta?

Hospitatur *sub dio*, annua.

6. BRASSICA foliis lyratis, caule hirsuto, siliquis retrorsum hispidis.

Eruca Sylvestris major lutea, caule aspero. *Bauh. pin. 98.*

Eruca Sylvestris. *Dod. pempt. 708.*

Habitat in *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obs. *præcedenti valde similis est, sed color corollæ diversus.*

7. BRASSICA foliis lanceolato-ovatis glabris indivisis dentatis.

Habitat in *China*, misit *Cel. Gmelinus*.

Hospitatur in *apricario*, biennis.

Obs. Flores *violacei magni*.

## SINAPIS.

1. SINAPIS siliquis hispidis: rostro obliquo longissimo. *Hort. cliff. 338.*

Sinapi apii folio. *Bauh. pin. 99.*

Sinapi fativum alterum. *Dod. pempt. 707.*

*Svecies* Hvit senap.

Habitat in agris *Belgii, Angliæ, Galliæ*.

2. SINAPIS ramis fasciculatis, foliis summis lanceolatis integerrimis.

Sinapi sinensis, acanthi folio. *Gmelin.*

Habitat in *China*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

Desc. Radix annua. Caulis bipedalis, erectus, teres, nec striatus, nec patulus, lævis. Rami fasciculati. Folia inferiora obverse ovata, lacera, subtus scabra, fere rapiformia; superiora lanceolata, integerrima, indivisa, utrinque glabra. Flores & siliquæ sinapi arvensis. *Fl. Svec. 548.* sed siliquæ angustiores, non hispidæ, rarius tuberculosæ, terosæ.

## ARABIS.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus, siliquis ancipitibus linearibus, calycibus subpilosis.

Turritis latifolia hirsuta, siliquis pendulis. *Amm. ruth. 58.*

Habitat in *Russia*.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.



2. ARABIS foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus, calycibus subrugosis.

Lecojum hesperidis folio. *Tournef. inst.* 221.

Glastifolia cichoroides 1. Bauhini & Turritis 2 Clusio. *Baub. hist.* 2. p. 836.

Turrita major plateau. *Clus hist.* 2. p. 126.

Habitat in *Helvetia, Hungaria.*

Hospitatur *sub dio*, annua aut biennis. *Caute distinguenda est haec planta a Turritide Fl. Svec. 544.*

### ERYSIMUM.

1. ERYSIMUM foliis integris lanceolatis margine repando-dentatis.

Hesperis leucoji folio non ferrato, siliqua quadrangula. *Tournef. inst.* 223.

Leucojum luteum sylvestre clusii. *Baub. hist.* 2. p. 873.

Habitat in *Hungaria.*

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obt. *Valde affinis Erysimo 2do Fl. Svec. 555. sed majora omnia, praesertim flores.*

### SISYMBRIUM.

1. SISYMBRIUM foliis lanceolatis denticato-ferratis. *Hort. cliff.* 337.

Draba lutea, siliquis strictissimi. *Baub. pin.* 110. *Moris. hist.* 2. p. 234. *f. 3. t. 7. f. 1.*

Hesperis foliis ellipticis glabris circumferratis. *Hall. Helv.* 563.

Arabis quibusdam dicta planta. *Cam. epit.* 342.

Habitat in montibus *Helvetiae.*

Hospitatur *sub dio* & in *Frigidario*, perennis.

2. SISYMBRIUM siliquis axillaribus subsessilibus foliariis, foliis pinnato-sinuatis.

Erysimum caule decumbente, siliqua laterali subsessili. *Roy. lugdb.* 343.

Eruca supina alba, siliqua singulari e foliorum alis erumpente. *Isnard. act.* 1724. p. 295. t. 18.

Eruca procumbens alba alis foliorum florens. *Vaill. paris.* 50.

Habitat in pratis & agrorum marginibus *Parisiis.*

Hospitatur *sub dio*, annua †.



3. SISYMBRIUM filiquis axillaribus sessilibus tubulatis aggregatis, foliis repando-dentatis.

Erysimum filiquis in alis foliorum sessilibus. *Hort. cliff.* 337.

Erysimum polyceration f. corniculatum. *Baub. pin.* 101.

Irio altera. *Dalech. hist.* 653.

Habitat in ruderatis *Calabriae, Helvetiae.*

Hospitatur sub dio, annua.

4. SISYMBRIUM foliis pinnatis flaccidis, foliolis sub-linearibus integerrimis.

Erysimum monspessulanum, sinapios folio. *Walth. hort.* 55. t. 22.

Habitat circa *Astracan.*

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix fibrosa. Caules bipedales, ramosissimi, patuli. Folia pinnata, subpendula: foliolis lanceolato-linearibus, integerrimis, longis, basi extremo sum lacinula acuta auctis. Flores latei, structura fere sinapeos. Siliquæ longæ, teretes, glabræ, filiformes, ancipites, copiosissimæ.

## C R A M B E.

1. CRAMBE foliis cauleque scabris.

Crambe foliis subcordatis crenatis scabris. *Hort. cliff.* 340.

Rapistrum maximum rotundifolium monospermum.

*Corn. canad.* 147. t. 148. *Moris. hist.* 2. p. 266. f. 3.

t. 13. f. 1.

Habitat in *Hispania.*

Hospitatur sub dio, annua.

## I S A T I S.

1. ISATIS sylvestris minor lusitanica. *Herm. lugdb.* 678.

Habitat in *Lusitania.*

Hospitatur sub dio, annua.

Obl. Differt a vulgari, *Fl. Svec.* 543. quod minor; annua, nec biennis; pedunculis parum tomentosis, nec glabris.

## C L E O M E.

1. CLEOME floribus gynandris. *Hort. cliff.* 341. *Fl.*

*zeyl.* 239. *Roy. lugdb.* 339.


Quinquefolium lupini folio. *Baub. pin.* 326.



Lupinus ægyptius sylvestris. *Vest. ægypt.* 209. *t.* 209.  
 Habitat in calidis *Indiæ* utriusque & *Africæ*.  
 Hospitatur in *Caldario* & *vaporario*, annua.

2. CLEOME floribus hexandris, genitalibus declinat-  
 tis, siliquis teretibus torosis. *Hort. cliff.* 341. *Roy.*  
*lugdb.* 340.

Sinapisrum orientale triphyllum, ornithopodii fili-  
 quis. *Tournef. cor.* 17. *Dill. elth.* 359. *t.* 266. *f.* 345.  
 Habitat in agris circa *Peram*.  
 Hospitatur in *Tepidario*, annua.





CLASSIS. XVI.

MONADELPHIA

PENTANDRIA

HERMANNIA.

1. HERMANNIA foliis lanceolatis obtusis ferratis.

*Hort. cliff. 342.*

Hermannia frutescens, folio oblongo ferrato, *Tournef. inst. 656.*

Althæa africana frutescens, floribus aureis cochleatis pendulis minoribus, *Volk. norib. 24. t. 24.*

Habitat ad Caput b. spei.

Hospitatur in Tepidario, arbuscula.

MELOCHIA.

1. MELOCHIA floribus umbellatis, capsulis pyramidatis pentagonis: angulis acutis.

Habitat in Brasilia, forte?

Hospitatur in Caldario, perennis.

Desc. Radix perennis. Caulis humanæ altitudinis, teres, viridis, erectus, angustus. Folia alterna, ovata vel ovato lanceolata, serrata, nuda, petiolata: Rami alterni, breviores. Pedunculi e regione petiolorum s. petiolis oppositi, petiolisque longiores, apice ferentes in umbellulam flores 3, 4, 5. pedicellatos, involucri minimo exceptos. Corollæ pentapetalæ, infundibuliformes, incarnatæ. Capsulæ pyramidatæ, quinquangulares, basi truncatæ in totidem dentes abeuntes. An itaque sola varietas, MELOCHIE floribus solitariis, capsulis pyramidatis pentagonis angulis acutis. *Hort cliff. 342.*

DECANDRIA.

GERANIUM.

1. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculato-reniformibus tomentosis crenatis integriusculis.

Geranium calycibus monophyllis, floribus florentibus erectis, foliis subcordatis. *Hort. cliff. 345.*

Geranium africanum arborescens, malvæ folio pingui, flore coccineo. *Dill. clib. 151. t. 125. f. 151. 152.*



Geranium africanum arborescens, malvæ folio plano lucido, flore elegantissimo kermesino. *Mart. cent.*

3. t. 3.

Habitat in *Æthiopia*.

Hospitatur in *Caldario*, frutex.

Obs. Corollæ coccineæ, fere regulares. Stamina 10: quorum 3 inferiora alterna sterilia, reliqua antherata, antheris 3 superioribus brevioribus, Frutex magnus.

2. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis cordato-orbiculatis incisis zona notatis.

Geranium africanum arborescens, alchimillæ hirsuto folio, floribus rubicundis. *Comm. præl. 51. t. 1.*

Habitat ad *Caput b. spei*.

Hospitatur in *Tepidario & Frigidario*, Frutescens.

Obs. Variat foliis fimbria s. Zona rubicunda aut foliis margine albis. Petala 2 adscendentia in labium superius; 3 nutantia patentiora, omnia carnea venis sanguineis. Stamina 7 horum 2 brevissima, tam 1, dein 2 longiora; hæc 5 supra pistillum; 2 adhuc longiora infra pistillum. Reliqua sterilia.

3. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis cucullatis dentatis. *Hort. cliff. 345.*

Geranium africanum arborescens, foliis cucullatis angulosis. *Dill. elth. 155. t. 129. f. 156.*

Geranium capense frutescens, aceris folio. *Pet. gaz. t. 84. f. 5.*

Geranium africanum arborescens, ibisci folio rotundo, carlinæ odore. *Herm. lugdb. 274. t. 275.*

Geranium africanum arborescens, ibisci folio anguloso, floribus amplis purpureis. *Mart. cent. 28. t. 28.*

Habitat in *Æthiopia*.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex.

4. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis lobatis undatis villosis.

Geranium africanum frutescens, malvæ folio laciniato odorato. *Herm. lugdb. 277. t. 278.*

Habitat ad *Caput b. spei*.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex.

Obs. Flores in capitulum: singulis stamina 10, quorum 3 alterna infima sterilia, reliqua antheris instructa, omnia coalita.

5. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis adscendentibus lobatis pubescentibus.



Geranium africanum arborescens, vitis folio: odore mellissæ. *Dill. elth. 152. t. 126. f. 153.*

Habitat ad Caput spei.

Hospitatur in Frigidario, Frutex.

Obt. Hæc præcedenti simillima, sed major; folia minus undulata, majora, rigidiora, minus fraveolentia.

6. GERANIUM calycibus monophyllis, corollis papilionaceis: vexillo dipetalo maximo, foliis angulatis. *Hort. cliff. 345.*

Geranium africanum arborescens, flore veluti dipetalo eleganter variegato. *Dill. elth. 154. t. 128. f. 155.*

Geranium africanum arborescens, maluæ folio mucronato, petalis florum inferioribus vix conspicuis. *Mart. cent. 15. t. 15.*

Habitat ad Caput b. spei.

Hospitatur in Frigidario, frutex inter reliquos maximus.

7. GERANIUM calycibus monophyllis, foliis orbiculatis palmatis incisus pilosis, caule herbaceo. *Vir. cliff. 67.*

Geranium calycibus monophyllis longissimis sessilibus, fructu assurgente, foliis palmatis crenatis. *Hort. cliff. 345.*

Geranium africanum, alchimillæ hirsuto folio, floribus albidis. *Herm. iugd. 282. t. 283. Stiff. botan. 107. t. 107.*

Habitat ad Caput bonæ spei.

Hospitatur in Frigidario, perennis.

Obt. Caules annui, diffusi. Folia subpeltata, orbiculata. Corollæ parvæ, reflexæ, incarnatæ: petalis 2 superioribus apice sanguineis. Stamina 10; quorum 3 inferiora alterna sterilia: apicibus sursum flexis; reliqua 7 antheris instructa, horum 5 superiora coherentia. Stylus in hac specie nullus.

8. GERANIUM calycibus monophyllis: tubis longissimis subsessilibus, radice subrotunda. *Hort. cliff. 344.*

Geranium noctu olens æthiopicum, radice tuberosa, foliis myrrhidis latioribus & angustioribus. *Breyn. cent. 126 t. 58.*

Habitat in Æthiopia.

Hospitatur in Tepidario, perennis.

- \* GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. *Hort. cliff. 344. Fl. suec. 579.*



β. Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, foliis cordatis laciniatis. *Hort. cliff.* 344.

Geranium folio althææ. *Baub. pin.* 318.

Geranium malacoides. *Lob. ic.* 662.

γ. Geranium pedunculis multifloris pentandris, *Hort. cliff.* 498.

Geranium acu longissima. *Baub. pin.* 319.

Geranium speciosum annuum, longissimis rostris, creticum. *Baub. hist.* 3. p. 479.

Habitat circa *Hispalim*, *Monspelum* & in *Creta*.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Omnibus hujus speciei, quamvis primo intuitu diversissimis, sunt stamina interiora & fertilia, juxta basin utrinque dentata; exteriora vero & lanceolata, membranacea, sterilia. Folia pinnatifida.

10. GERANIUM pedunculis bifloris alternis cauli erecto superne insidentibus. *Hort. cliff.* 343.

Geranium phæum, flore reflexo. *Baub. hist.* 3. p. 477.

Geranium montanum fuscum. *Baub. pin.* 318.

Geranium montanum. *Dod. pempt.* 64.

Habitat in alpidibus *Helveticis*, *Styriacis*.

Hospitatur sub dio, perennis.

## P O L Y A N D R I A.

### S I D A.

1. SIDA foliis palmatis: laciniis lanceolato-attenuatis. *Hort. cliff.* 346.

*Althæa virginiana*, ricini folio. *Herm. lugdb.* 22. t. 23.

*Malva*, aceris folio, *virginiana*. *Tournef. inst.* 95.

Habitat in *Virginia*.

Hospitatur in *Frigidario*, *Caldario*, & sub dio, perennis.

Obs. Hæc differt in non paucis a reliquis, ut facile novum genus constitueret.

2. SIDA foliis subrotundo-cordatis acuminatis. *Hort. cliff.* 346. *Fl. zeyl.* 219. *Gron. virg.* 78.

*Althæa theophrasti*, flore luteo. *Baub. pin.* 316.

*Althæa altera* l. *Abutilon*. *Cam. epit.* 668.

*Abutilon*. *Dod. pempt.* 656. *Dalech. hist.* 592.

β. *Abutilon indicum*, flore luteo minore. *Breyn. prodr.*

2. p. 1. *Bum. zeyl.* 1. *Fl. zeyl.* 520.



Alceæ affinis indica. Abutilon dicta, flore flavo, foliis mollibus profunde venosis, filiculis lanuginosis.

*Pluk. phyt. 126. f. 5.*

Habitat in Zeylonia, Virginia.

Hospitatur in Caldario, annua.

Obs. Differt  $\beta$ , caule brevior, foliis utrinque tomentosis & mollioribus a præcedenti  $\alpha$ , et margine foliorum inflexo durior et obtusior: cætera omnia eadem.

3. SIDA foliis inferioribus cordato - angulatis, superioribus hastatis, petalis integris. *Roy. lugdb. 349.*

Habitat in Vera cruce forte?

Hospitatur in Vaporario, annua.

Obs. Accedit proxime ad ABUTILON lavateræ flore, fructu inflato. *Dill. elth. 3. t. 2. f. 2. sed caulis inferne magis lævis. Folia inferiora pentagona, nec ovata, absque angulis. Petala emarginata. Cæterum pedunculi uniflori & calyces patentes. Capsulæ extrorsum mucronatæ. Flos caruleus.*

4. SIDA foliis cordato - ovatis ferratis, stipulis setaceis, alis spinosis, *Roy. lugdb. 349. Fl. zeyl. 254.*

Sida foliis cordato - ovatis, capsulis quinis bicuspidatis. *Hort. cliff. 346.*

Malvinda bicornis, sanguisorbæ folio villoso & glabro. *Dill. elth. 214. t. 171. f. 210.*

Alcea, carpini folio, americana frutescens, flosculis luteis, semine duplici nostro donatis. *Comm. hort. 1. p. 3. t. 2.*

Alcea virginiana bidens, pimpinellæ majoris acutiore folio, flosculis luteis minimis. *Pluk. alm. 25. t. 9. f. 6. 3.*

Habitat in utraque India.

Hospitatur in Caldario, annua.

Obs. Semina  $\gamma$ , bicuspidata. Floret hora 12.

5. SIDA foliis lanceolato - rhomboidibus ferratis. *Hort. cliff. 68. Fl. zeyl. 252. Vir. cliff. 68. Gron. virg. 78.*

Malvinda unicornis, folio rhomboide, perennis. *Dill. elth. 216. t. 172. f. 212.*

Althæa carpini folio, flosculis luteis. *Bocc. sic. 11. t. 6. f. 2.*

Alcea pernambucana, carpini folio, flosculis minimis luteis, semine simplici rostro donato. *Morif. hist. 2. p. 528.*



Habitat in Zeylona, Jamaica, Brasilia, Virginia.  
Hospitatur in *Caldario*, perennis.  
Obs. Huic semina 10.

6. SIDA foliis orbiculatis spicatis serratis. *Hort. cliff.* 346.  
*Fl. zeyl.* 253.

Malvinda stellata alnifolia. *Dill. elth.* 215. t. 172. f. 211.

Althæa indica, latiori folio cordiformi ad summum  
sinuato. *Pluk. alm.* 26. t. 9. f. 2.

Habitat in Bengala, Zeylona, Malabar.  
Hospitatur in *Caldario*, perennis.

### U R E N A,

1. URENA foliis angulatis. *Hort. cliff.* 348. *Fl. zeyl.* 256.

Urena linica, xanthii facie. *Dill. elth.* 430. t. 319. f. 412.

Trifolio adfinis indiae orientalis, xanthii facie. *Breyn.*  
*cent.* 82. t. 35.

Habitat in China.

Hospitatur in *Caldario*, Erutex.

### M A L V A.

1. MALVA caule erecto, foliis angulatis, floribus axil-  
laribus glomeratis. *Hort. cliff.* 502.

Malva annua, flosculis albis verticillatim nascentibus.  
*Tournef. inst.* 96.

Malva annua rotundifolia, floribus omnium minimis  
albis pentaphyllis verticillatim genicula ambientibus  
& feminibus arcte iisdem verticillatim adhærenti-  
bus. *Morif. hist.* 2. p. 521. *Raj. hist.* 598.

Malva sylvestris erecta, flosculis albis minimis. *Boerb.*  
*lugdb.* 1. p. 268.

Habitat in China, Syria.

Hospitatur *sub dio*, annua.

2. MALVA foliis angulatis crispis, floribus axillaribus  
glomeratis. *Hort. cliff.* 347.

Malva foliis crispis. *Baub. pin.* 315.

Malva crispa. *Boerb. hist.* 2. p. 952. *Dod. pempt.* 653.

Habitat - - - sine dubio ex præcedente orta.

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. MALVA hederaceo folio. *Baub. pin.* 315.

Malva major altera. *Matth. diosc.* 340.

Malva major tertia. *Dalech. hist.* 586.

Malva rotundifolia italica, flore amplo purpurascente.

*Tournef. inst.* 268.

Malva



- Malva perennis hispanica, flore carneo amplo, *Morif. hist. 2. p. 522.*
- Malva virens rotundifolia, flore amplo purpurascen-  
te, italica. *Barr. rar. 479.*
1. TRIGONELLA leguminibus pedunculatis conge-  
stis pendulis ovalibus compressis, caule diffuso, fo-  
liolis subrotundis.

Melilotus supina latifolia, filiqua lata membranacea  
compressa. *Amm. rhut.* 119. n. 158.

Melilotus filiqua membranacea compressa. *Act. petrop.*

S. p. 209. t. 12.

Habitat in montosis *Arbutis, Jabasch, Abacan.*

Hospitatur *sub dio*, cicur, perennis.

2. TRIGONELLA leguminibus sessilibus strictis sub-  
falcatis erectiusculis acuminatis.

Trigonella leguminibus sessilibus. *Vir. cliff.* 76.

Medicago leguminibus subsolitariis sessilibus erectis  
reflexo-falcatis acuminatis. *Hort. cliff.* 376.

Fœnum græcum fativum. *Baub. pin.* 348.

Fœnum græcum. *Fuchs. hist.* 798 *Cam. epit.* 199.

*Pharm.* FOENI GRÆCI Semina, Oleum.

Habitat *Monspe'ii.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

MEDICAGO.

1. MEDICAGO pedunculis racemosis, leguminibus  
contortis, caule recto glabro. *Hort. cliff.* 377.

Medica fativa f. Trifolium fativum, filiqua cornuta  
magis tortili. *Moris. hist.* 2. p. 158. f. 2. t. 16. f. 2.

Medica major erectior, floribus purpurascens.

*Baub. hist.* 2. p. 382.

Medica legitima. *Clus. hist.* 2. p. 242.

Fœnum burgundicum. *Lob. hist.* 498.

- β. Medica major erectior floribus ex violaceo & luteo  
mixtis. *Tournef. inst.* 410.

*Gallis* Lucerne.



Habitat in apricis pratis *Hispaniæ*, *Galliæ*,  
Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. MEDICAGO leguminibus cochleatis, stipulis dentatis, caule diffusis. *Hort. cliff.* 378.

Medica cochleata minor polycarpos annua, capsula nigra hispidiore. *Moris. hist.* 2. p. 144. f. 2. t. 15 f. 1-21.

Trifolium cochleatum, fructu nigro hispido. *Bauh. pin* 329.

Trifolium cochleatum alterum. *Dod. pempt.* 575.

- β. Medica scutellata, *Bauh. hist.* 2. p. 384.

- γ. Medica orbiculata. *Bauh. hist.* 2. p. 384.

- δ. Medica cochleata polycarpos, fructu ovali: spinis brevioribus & rigidioribus. *Raj. hist.* 9'3.

- ε. Medica ternata minor lævis. *Parck. theatr.* 1116.

Habitat ad agrorum margines interque segetes, inque arenosis *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*, *Siciliæ*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. MEDICAGO leguminibus reniformibus margine dentatis, foliis pinnatis *Hort. cliff.* 377.

Loto affinis, siliquis hirsutis circinatis. *Bauh. pin.* 333.

Auricula muris, *Cam hort.* 24. t. 8.

Habitat in collibus siccis *Hispaniæ*, *Romæ*, *Salamina*.

Hospitatur *sub dio*, sed semina vix maturat, annua †.

4. MEDICAGO leguminibus reniformibus margine dentatis, foliis ternatis. *Hort. cliff.* 377.

Medicago annua; siliqua falcata striata. *Moris. hist.* 2. p. 158. f. 2. t. 16. f. 3.

Trifolium siliqua falcata. *Bauh. hist.* 330.

Lunaria radiata italorum. *Lob. hist.* 498.

Habitat in *Italia*.

Hospitatur *sub dio*, annua †.

5. MEDICAGO leguminibus lunulatis margine integerimis, caule fruticoso. *Hort. cliff.* 376.

Cytisus incanus, siliquis falcatis. *Bauh. pin.* 389.

Cytisus marantæ. *Lob. hist.* 503.

Falcata *Riv. tetr.*

Habitat in *Rhodo* & *Neapoli*.

Hospitatur in *Frigidario*, *Arbuscula*.

## GLYCYRRHIZA.

1. GLYCYRRHIZA leguminibus echinatis, *Roy, lugdb.* 386. Gly.



Glycyrrhiza capite echinato. *Baub. pin. 352.*

Glycyrrhiza vera dioscoridis. *Dod. pempt. 341.*

Pseudo Glycyrrhiza. *Riv. tetr. 53.*

Dulcis radix. *Cam. epit. 423.*

*Pharm. LIQUIBITIÆ Radix, succus, Extractum, Es-*  
*sentia, Syrupus, Baculi, Trochisci.*

*Svecis Lakriz.*

Habitat in monte Gargano Apuliæ inque deserto Nogaico Tataria ad flu-  
vium *Jack.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

H E D Y S A R U M.

1. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articula-  
tis aculeatis nudis rectis, caule diffuso. *Hort. cliff. 365.*

Hedysarum clypeatum, flore svaviter rubente. *Tournef.*  
*inst. 401.*

Onobrychis, semine clypeato aspero, major. *Baub.*  
*pin. 350.*

Onobrychis altera. *Dod. pempt. 549.*

β. Hedysarum clypeatum, flore albo. *Tournef. inst. 401.*

Habitat in pratis *Senensium & Messanae.*

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

2. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articula-  
tis aculeatis flexuosis, caule diffuso.

Hedysarum annuum, siliqua aspera undulata intorta.  
*Tournef. inst. 401.*

Onobrychis major annua, filiculis articulatis asperis  
clypeatis undulatim junctis, flore purpuro-ruben-  
te. *Moris. hist. 2. p. 130. Raj. hist. 929.*

Habitat in *Asia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articu-  
latis aculeatis tomentosus, caule diffuso.

Hedysarum clypeatum asperum, siliqua spinosissima,  
flore purpureo. *Boerb. lugdb. 2. p. 51.*

Habitat in *Hispania.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obs. Flores parvi, vicine, albid: vexillo striis purpureis. Fructus speciei primæ  
sed tomentosus & parvum recurvus.

4. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus subro-  
tundis aculeatis. *Hort. cliff. 365.*



*Onobrychis folio viciæ, fructu echinato, major. Bauh. pin. 350.*

Caput gallinaceum belgarum. *Lob. hist. 527.*

*Gallis Saint foin.*

Habitat in pratis apricis sterilibus cretaceis *Angliæ, Bohemiæ, Sibiria.*  
Hospitatur *sub dio*, perennis.

5. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articulatis glabris, caule erecto, leguminibus pendulis.

*Hedysarum taxatile, siliqua lævi, floribus purpureis, inodorum. Ann. rbut. 116. n. 152. 153.*

*Hedysarum alpinum, floribus purpureo-cæruleis, siliqua levi. Hall gott. 59.*

Habitat in *Sibiria* ad *Zeriseam* fluvium.

Hospitatur *sub dio*, perennis

Obs. *Pulchra, erecta & angusta planta.*

6. HEDYSARUM foliis simplicibus ternatisque, floribus racemosis.

*Hedysarum foliis radicalibus simplicibus, caulinis ternatis, floribus laxè spicatis, leguminibus undulatis. Hort cliff. 365.*

*Hedysarum triphyllum canadense. Corn. canad. 44. t. 45. Raj. hist. 928.*

*Onobrychis major perennis canadensis triphylla, filiculis articulatis asperis triangularibus. Moris. hist. 2. p. 130. f. 2. t. 11. f. 9.*

Habitat in *Canada, Virginia.*

Hospitatur *sub dio*, in *Tepidario, Caldario*, perennis.

7. HEDYSARUM foliis ternatis subtus scabris, caule hispido, floribus conjugatis racemosis.

*Hedysarum foliis ternis solitariisque, caule hispido fruticolo. Hort. cliff 315. Gron virg. 87.*

*Hedysarum triphyllum fruticosum lupinum, flore purpureo Sloan flor. 73. hist. 1 p. 185 t. 118. f. 2. Raj. suppl. 478.*

*Hedysarum triphyllum canescens, floribus albis spicatis. Boerb lugab. 2. p. 1*

*Onobrychis americana, floribus spicatis, foliis ternis canescentibus, filiculis asperis. Pluk. alm. 270. t. 308. f. 7.*



Habitat in *Virginia, Jamaica.*  
Hospitatur in *Caldario*, perennis.

8. HEDYSARUM foliis simplicibus ovatis obtusis integerrimis. *Hort. cliff.* 499. *Fl. zeyl.* 290.

Hedysarum humile, cappardis folio maculato. *Dill. elth.* 170. t. 141. f. 161.

Habitat in *Zeylona.*  
Hospitatur in *Tepidario*, perennis †.

ÆSCHYNOMENE.

1. ÆSCHYNOMENE caule scabro, folio infimo quadrupinno. *Hort. cliff.* 365.

Hedysarum annuum majus zeylonicum, mimosæ foliis. *Tournef. inst.* 402.

Mimosa non spinosa major zeylonica. *Breyn. cent.* 51. t. 52.

Habitat in *Zeylona.*  
Hospitatur in *Caldario*, nunquam mihi floruit, annua.

HIPPOCREPIS.

1. HIPPOCREPIS leguminibus solitariis sessilibus. *Hort. cliff.* 364.

Ferrum equinum, siliqua singulari. *Baub. pin.* 349.

Ferrum equinum vulgare. *Column. ecphr.* 1. p. 302. t. 300.

Habitat circa *Liburnum & Neapolim.*

Hospitatur *sub dio*, annua †.

2. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis margine exteriori lobatis. *Hort. cliff.* 364.

Ferrum equinum germanicum, siliquis in summitate.

*Baub. pin.* 346.

Ferrum equinum comosum. *Column. ecphr.* 1. p. 302.

t. 301.

Habitat in montosis cretaceis *Angliæ, Æquicolorum, Monspeli.*

Hospitatur *sub dio*, vix semina maturans.

SCORPIURUS.

1. SCORPIURUS. *Hort. cliff.* 364.

Scorpioides bupleuri folio. *Baub. pin.* 287.

Scorpioides prius. *Dod. pempt.* 71

2. Scorpioides bupleuri folio, corniculis asperis magis in se contortis & convolutis. *Moris. hist.* 2. p. 127. f. 2.

t. 11. f. 2.



γ. Scorpioides filiqua crassa boëlii, *Tournef. inst.* 402.

Habitat *Monspeli*.

Hospitatur *sub dio*, & in *apricario*, annua.

## ORNITHOPUS.

1. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus subarcuatis.

Ornithopus foliis pinnatis, articulis leguminum subrotundis lævibus, *Hort. cliff.* 364.

Ornithopodium minus. *Baub. pin.* 350.

Ornithopodium perpusillum. *Dalech. hist.* 487.

Habitat in arenosis glareosis arvis apricis *Angliæ*, *Geldricæ*.

Hospitatur *sub dio*, cicur, annua.

Obi. Differt ab *Ornithopo* majore, leguminibus arcuato-spiralibus.

2. ORNITHOPUS foliis ternatis subsessilibus appendiculatis impari maximo. *Hort. cliff.* 364.

Scorpioides portulacæ folio. *Baub. pin.* 287. *Segu. veron.* 78.

Scorpioides matthioli. *Dod. pempt.* 71.

Habitat in vineis & agris *Monspeli*, *Liburni*, *Messanæ*, *Veronæ*.

Hospitatur in *Tepidario*, vix maturescit, annua †.

## CORONILLA.

1. CORONILLA fruticosa, leguminibus teretibus, pedunculis multifloris.

Coronilla leguminibus teretibus, unguibus corolla brevioribus, caule fruticoso. *Hort. cliff.* 363.

Polygala altera. *Baub. hist.* 349.

Polygala valentina. *Clus. hist.* 1. p. 98.

Habitat in collibus arenosis agri *Neapolitani*, *Salmanticensis*, *Murciani*, *Valentini*.

Hospitatur in *Frigidario*, frutex.

2. CORONILLA herbacea, leguminibus falcato-glabriatis. *Hort. cliff.* 363.

Securidaca lutea major. *Baub. pin.* 348. *Tournef. inst.* 399.

Hedysarum primum. *Dod. pempt.* 546.

Habitat inter segetes *Hispaniæ*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obi. Caules decumbentes, sulcati, cavi, pedunculi inferne hispidi.



3. CORONILLA leguminibus teretibus torosis, foliis glabris, caule herbaceo. *Hort. cliff.* 363.

Coronilla herbacea, flore vario. *Tournef. inst.* 650.

Securidaca dumetorum major, flore vario, siliquis articulatis. *Bauh. pin.* 349.

Securidaca 2, altera species. *Clus hist.* 2. p. 237.

Habitat in *Germania, Pannonia, Austria, Moravia, Stiria, Bohemia* in pratis agris. & prope vias.

Hospitatur *sub dio*, annua.





# POLYADELPHIA

## ICOSANDRIA.

### CITRUS.

1. CITRUS petiolis linearibus. *Hort. cliff.* 379.  
 Citreum vulgare. *Tournef. inst.* 621.  
 Citria mala f. Mala medica. *Cam. epit.* 148.  
 Malus medica. *Baub. pin.* 435.  
*Pharm.* CITRI Flavedo, Cortex, Condit. Essentia, Aqua,  
 Spiritus, oleum, Succus, Conserva, Syrupus, Semina.  
*Svecis* Citron.  
 Habitat Citrus apud Medos & Persas imprimis frequens, dein Palladii di-  
 ligentia in Italiam translata fuit, postea in Hispania in usu venit ut ne-  
 mora & campos occupaverit. *Pl.*  
 Hospitatur in Frigidario.
2. CITRUS petiolis alatis. *Hort. cliff.* 379. *Fl. zeyl* 304.  
 a. Aurantia mala. *Cam. epit.* 150.  
 Malus aurantia major. *Baub. pin.* 436.  
*Pharm.* NAPHÆ Conditæ, Conserva, Aqua, Spiritus.  
 AURANTIORUM Cortex, conditus, Syrupus,  
 Essentia, Aqua Spiritus, Oleum, flavedo, Essentia.  
*Svecis* Pomerants.
- β. Malus aurantia, cortice dulci eduli. *Baub. pin.* 436.  
 Malus aurantia sinensis. *Sloan. flor.* 11.  
*Svecis* Appelsin.  
 Habitat in India orientali.  
 Hospitatur in Frigidario.

# POLYANDRIA.

### HYPERICUM.

1. HYPERICUM corollis pentagynis, caule tetrago-  
 no herbaceo simplici, foliis lævibus integerrimis.  
 Hypc-



Hypericum floribus pentagynis, foliis ovato-oblongis glabris integerrimis. *Hort. cliff.* 380.

Ascyrum magno flore. *Tournef. inst.* 256. (non C. B.)

Androsæmum flore & theca quinquecapsulari omnium maximis. *Moris. hist.* 2. p 472.

Androsæmum constantinopolitanum, flore maximo.

*Whel. itin.* 172. *Raj. hist.* 1017.

Habitat in *Sibiria*, & *Oriente*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. HYPERICUM floribus trigynis, fructu baccato, caule ancipiti.

Hypericum floribus trigynis, fructu baccato, foliis ovatis pedunculo longioribus. *Hort. cliff.* 380.

Androsæmum maximum frutescens. *Baub. pin.* 280.

Androsæmum. *Dod. pempt.* 78. *Dalech. hist.* 1156.

Habitat in *Anglia*, & *Hvæ* sepibus.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

3. HYPERICUM floribus trigynis, staminibus petalo longioribus, caule fruticoso ancipiti. *Hort. cliff.* 331.

Hypericum foetidum frutescens minus. *Dill. elth.* 182.


*t.* 151. *f.* 182.

Androsæmum foetidum, capitulis longissimis filamentis donatis. *Baub. pin.* 280.

Tragium. *Clus. hist.* 2. p. 305.

Habitat secus fontes & rivulos *Siciliae*, *Calabriae*, *Cretæ*.

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.





## CLASSIS. XIX.

## SYNGENESIA

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

## HIERACIUM.

1. HIERACIUM caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis semiamplexicaulibus. *Roy. lugdb. 124.*

Hieracium fruticosum latifolium hirsutum. *Baub. pin. 129.*

Hieracii sabaudi varietas 1, Erinus quibusdam mathioli dicta. *Baub. hist. 2. p. 1030.*

Habitat in Germania.

Hospitatur sub dio, cicut, perennis.

2. HIERACIUM foliis radicalibus obverse ovatis denticulatis, caulinis oblongis semiamplexicaulibus. *Roy. lugdb. 124.*

Hieracium pyrenaicum, foliis cerinthes, latifolium. *Tournef. inst. 472.*

Habitat in Pyrenæis.

Hospitatur sub dio, perennis.

3. HIERACIUM foliis integris, caule subnudo simplicissimo piloso corymbifero. *Hort. cliff. 388.*

Hieracium hortense, floribus atro-purpurascens. *Baub. pin. 128.*

Pilosella indica. *Corn. canad. 209.*

Habitat - -

Hospitatur sub dio, perennis.

## CREPIS.

1. CREPIS foliis amplexicaulibus oblongis acuminatis inferioribus superne: summis inferne denticulatis.

Hieracioides annua, endiviæ folio, capite magno. *Vaill. act. 1721. p. 246.*

Hieracium foliis endiviæ, capite magno striato. *Boerb. lugdb. 1. p. 88.* Hic-



Hieracium alpinum, scorzoneræ folio. *Tournef. inst.*  
472.

Habitat in *Alpibus Italicis*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Radix annua; Caulis fere pedalis, erectus, herbaceus; Folia inferiora cuneiformi-lanceolata, apice denticulata; superiora cordato-lanceolata, amplexicaulia, versus basin denticulata, utrinque viridia, nuda. Rami exilis, parvi, foliosi, vix subramosi. Pedunculi firmi, sulcati, vix tomentosi. Calyces ovato-oblongi, sulcati, pilosi foliolis 13 circiter, æqualibus, linearibus, convexis, præterea foliola 9 circiter, ovata, acuminata, brevissima, arida, glabra, calycem ad basin ambiunt, calyce dimidio breviora, acuminata; Pappus extra calycem eminentis albus, semina in stipitem desinentia.

2. CREPIS foliis amplexicaulibus lanceolatis: omnibus dentatis, radicalibus sinuatis. *Virid. cliff.* 79.

Hieracium foliis caulinis sinuatis, calycibus ante florescentiam nutantibus. *Hort. cliff.* 388.

Hieracium apulum, flore sveruberbente. *Col. ecphr.* 1.  
p. 244.

Hieracium dentis leonis folio, flore sveruberbente.  
*Baub. pin.* 127.

Hieracioides foetida, flore sveruberbente. *Vaill. act.*  
1721. p. 247.

Chondrilla purpurascens foetida. *Baub. pin.* 130. prod.  
68. t. 68.

Habitat in *Apulia*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. CREPIS foliis ovatis denticulatis, pedunculis alatis amplexicaulibus dentatis.

Habitat in *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Desc. Radix vivax. Caulis tripedalis vel humanæ altitudinis, minime ramosus, striatus, rubescens, pilis patulis rubicundis apice albis, superne in paniculam parvam desinens. Flores primæres brevioribus pedunculis insidentes. Calyx ventricosus ex foliis plurimis, oblongis, linearibus, glabris, longitudinaliter linea pilis nigris notata. Calycis squamæ exteriores, breviores, fere totaliter glabræ, imbricatæ nec ut in reliquis speciebus adeo distinctæ. Folia ampla, ovata, inequaliter dentata, subtus venosa, per oio alato amplexicauli, dentato, sæpe undulato; subtus in foliis costæ & rassa pilosa, non vero tomentosa. Corollæ luteæ, ample, laxæ; Semen absque stipite poppo simplici. An itaque potius Hieracii species?

4. CREPIS involucris calyce longioribus, squamis fetaceis sparsis.

Hieracium calycibus fetis longissimis distantibus patentibus, obvallatis. *Hort. cliff.* 387. Hie-



## 240 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Hieracium proliferum falcatum. *Baub. pin.* 128

Hieracium calyce barbato. *Column. ecphr.* 2. p. 28.  
*t.* 27. *f.* 1.

Hieracium boeticum. *Clus cur* 25.

Habitat in littoribus maritimis arenosis *Messanae, Siciliae, Vesuvii.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## A N D R Y A L A.

1. ANDRYALA foliis integris. *Guett. flor.* 2. p. 384.

Andryala foliis inferioribus dentatis, summis integerimis. *Hort. cliff.* 387.

Eriophorus foliis dentatis, floribus utrinque luteis.  
*Vaill. act.* 1721. p. 277

Hieracium villosum; Sonchus lanatus dalechampi dictum. *Raj. hist.* 231.

Sonchus villosus luteus major. *Baub. pin.* 124.

Sonchus lanatus *Dalech. hist.* 1116.

Habitat in apicis saxosis *Siciliae, & G. Narbonensis.*

Hospitatur *sub dio*, semina raro maturans, biennis.

## H Y P O C H Æ R I S.

1. HYPOCHÆERIS calycibus æqualibus hispidis. *Hort. cliff* 385.

Achyrophorus fere glaber, bellidis glauco dentatoque folio. *Vaill act.* 1721. p. 278.

Hieracium ramosum, floribus amplis, calycibus valde hirsutis, foliis oblongis obtusis: dentibus majoribus inæqualibus incisus. *Raj. app.* 144.

Habitat in *Creta.*

Hospitatur *sub dio*, annua

Desc. Radix annua. Caulis semipedalis, filiformis, ramis axillaribus, viridis, teres. Folia obverse-orata in petiolos desinentia, denticulata aut integerima. Pedunculi sæpius simplices uniflori; foliolis duobus alternis remans, linearibus, acuminatis. Calyces cylindrici sulcati foliolis 8-12 æqualibus, ad basin squama una alterave. Tota planta pilis albis patentibus remotis, sed calycis foliola dorso maxime pilis adpersa. Corolla lutea.

2. HYPOCHÆERIS (calycibus oblongis inbricatis glabris,) caule nudo glabro, foliis dentato sinuatis.  
*Hort. cliff.* 386. n. 4.

Hy-



Hypochæris chondrillæ folio, parvo flore. *Vaill. act.*  
1721. p. 214.

Hieracium minus, dentis leonis folio oblongo glabro. *Baub. pin.* 127.

Hyoseris altera. *Tabern. hist.* 490.

Habitat in Dania & septentrionali Europa.

Hospitatur sub dio, annua.

Det. Facies omnino Hyoseridis caule diviso nudo. *Hort. cliff.* 387. Folia ovata, sinuato-dentata, glabra. Caules erectiusculi, uno a vertice tantum, nudi, juncei, supra concavi, infra solidi, laeves. Calyces ut in *Leontodontoides* 3. Flor. Sveciæ 629. vel Scorzonera, at paleæ inter germina. Semina cum pappo plumoso coronata, at marginalio pappo sessili, disci vero pappo stipite elevato instructa. Corolla lutea, parva, arcta. Facies *Leontodontoides* ultimæ. Flor. Svec. 629.

## P I C R I S.

1. PICRIS perianthiis involucro magno cinctis.

Picris calycibus simplicibus, perianthio maximo obvallatis. *Hort. cliff.* 387. *Gaert. flor.* 2. p. 385.

Helminthotheca hispida vulgaris annua, *Vaill. act.*  
1721. p. 268.

Hieracium echioides, capitulis cardui benedicti. *Baub. pin.* 128.

Buglossum echioides luteum hieracio cognatum. *Lob. ic.* 577.

Habitat in sylvis cædis & aggeribus sepium Angliæ, Galliæ.

Hospitatur sub dio, annua. Flos explicatur mane hora VII.

2. PICRIS perianthiis aculeatis, foliis inermibus hastato-sinuatis.

Tragopogon calycibus corolla brevioribus aculeatis. *Hort cliff.* 382.

Tragopogonoides annua sonchifolia, ovarii aduncis. *Vaill. act.* 1721. p. 267.

Sonchus asper laciniatus creticus. *Baub. pin.* 124. *prodr* 60.

Hieracium majus, folio sonchi, semine incurvo. *Baub. pin.* 127.

Chondrillæ creticæ nomine missa, semine crispo. *Baub. hist.* 2. p. 1022.

Habitat in Creta.

Hospitatur sub dio, annua.



## 242 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Obs. Radix fibrosa, Caulis altus, ramosus. Folia sinuata denticulis spinosis.  
Pedunculi læves. Calyces adpersi setis tandem rigidescens.

### LACTUCA.

1. LACTUCA sativa. *Baub. pin. 122. Dod. pempt. 644. Dalecb. hist. 546.*  
*Pharm. LACTUCÆ Herba, Aqua, Semina.*  
*Svecis Lactuc.*
2. Lactuca capitata. *Baub. pin. 122.*  
*Pharm. LACTUCÆ HISPANICÆ Herba condita.*  
*Svecis Hufvud - Sallat.*
3. Lactuca crispa.  
*Svecis Krus lactuc.*  
*Habitat in Europæ aggeribus.*  
*Hospitatur sub dio, annua.*

### SCORZONERA.

1. SCORZONERA caule ramoso, foliis amplexicaulibus integris undulatis. *Hort. cliff. 383.*  
*Scorzonera latifolia sinuata. Baub. pin. 275.*  
*Scorzonera major hispanica I. Clus. hist. 2. p. 137.*  
*Pharm. SCORZONERÆ Radix, Condita, Aqua, Semina.*  
*Habitat in Hispania.*  
*Hospitatur sub dio, perennis.*  
*Obs. Adeo affinis Scorzoneræ Flor. svec. 647, ut sola magnitudine & ramositate fere differat.*
2. SCORZONERA foliis linearibus dentatis. *Roy. lugdb. 120.*  
*Scorzonera laciniatis foliis. Tournef. inst. 477.*  
*Scorzoneroides vulgaris. Vaill. act. 1721. p. 209.*  
*Tragopogon laciniatum luteum. Baub. pin. 274. Raj. hist. 251.*  
*Habitat in Germania.*  
*Hospitatur sub dio, biennis.*
3. SCORZONERA foliis extrorsum sinuatis denticulatis amplexicaulibus, squamis calycinis margine membranaceis.  
*Sonchus floribus solitariis, foliorum laciniis extrorsum flexis. Hort. cliff. 385.*  
*Sonchus tingitanus, papaveris folio. Tournef. inst. 475. Raj. suppl. 137.*



Crepis tingitana, papaveris folio. *Vaill. act.* 1721. p. 255.

Chondrilla tingitana, floribus luteis, papaveris hortensis folio. *Herm. lugdb.* 657. t. 659.

Habitat in Tingide.

Hospitatur *sub dio*, maturefcit fero mense augufti rarius.

Obf. Flos explicatur hora matutina VII, clauditur hora 10 feu poft tres horas.

TRAGOPOGON.

1. TRAGOPOGON calycibus corollæ difco longioribus, foliis integris acuminatis undulatis.

β. Tragopogon orientale anguftifolium, flore maximo luteo. *Tournef. cor.* 36.

Barbula hirci. *Cam. epit.* 312. quoad figuram.

Habitat in Oriente.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obf. Varietas hæc β. differt a Tragopogone Fl. Sv. 648. quod calyx in hortensi hæc β. corollæ radio brevior eft, in fvecica vero calyx longitudinem radii æquat.

2. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris acuminatis ftriâctis, pedunculis fuperne incralfatis.

Tragopogon purpureo-cæruleum, porri folio, quod Artifi vulgo. *Baub. pin.* 274. *Morif. hift.* 3. p. 80. f. 7. t. 9. f. 5.

Tragopogon alterum feu Barba hirci. *Dalech. hift.* 1079.

Habitat - - - -

Hospitatur *sub dio*, biennis.

Obf. Flos expanditur primo mane hora III, clauditur vero hora IX, uti præcedens.

3. TRAGOPOGON calycibus corollæ radio longioribus, foliis integris, feminibus lævibus: difci papofis; radii calyculatis.

Tragopogon gramineis foliis hirsutis. *Baub. pin.* 275.

Tragopogon alterum, gramineo folio, flore fvaerubente *Col. ecphr.* 1. p. 232. t. 231.

Habitat in Italia.

Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Radix annua. Caulis brevis, ramis divaricatus. Folia glabra, graminea. Pedunculi fuperne via manifeftè incralfati. Calyx flore duplo longior, corolla purpurea. Abfoluta floreſcentia Calyx non contrahitur, ut in præcedentibus, fed rectus laxus patulus perſiſtit. Semina omnia lævia non punctato-ſcabra; femina vici ſubulata, terminata calyculo ex ſetis 4 vel 5 inæqualibus ſubulatis parvis; femina difci



## 244 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

*apice articulata terminata pappo. Hinc manifeste diversa a præcedentibus. Discus paleis instructus. An hybrida planta e Tragopogone purpureo & Rhagadiolo?*

NB. Ex caractere est omnino Lapsana, ex planta vero Tragopogon!

### 4. TRAGOPOGON calycibus corolla brevioribus inermibus (foliis lyrato-sinuatis). *Hort. cliff. 382.*

*Hieracium magnum. Dalech. hist. 569. male.*

*Chondrilla foliis cichorei tomentosis. Baub. pin. 130.*

*Chondrilla prior. Dod. pempt. 637. Clus. hist. 2. p. 143.*

*Habitat in Hispania.*

*Hospitatur in Frigidario, perennis.*

## S C O L Y M U S.

### 1. SCOLYMUS annuus.

*Scolymus. Hort. cliff. 388.*

*Scolymus Chrysanthemus annuus. Vaill. act. 1721. p. 286.*

*Scolymus theophrasti narbonensis. Clus. hist. 2. p. 153.*

*Habitat in Gallia Narbonensi.*

*Hospitatur sub dio, semina non maturans, annua.*

## S O N C H U S.

### 1. SONCHUS pedunculis calycibusque hispidis, floribus corymboso-distantibus.

*Sonchus caule erecto, foliis pinnato hastatis apiceque hastatis, floribus congestis villosis. Hort. cliff. 385.*

*Sonchus tricubitalis, folio cuspidato. Raj syn. 3. p. 163.*

*Sonchus asper arborefcens. Baub pin 124.*

*Sonchus lævior austriacus & altissimus. Clus. hist. 2. p. 147.*

*Habitat in paludibus graminosis inter arundines Belgii, Angliæ, Gallia, Hungaria.*

*Hospitatur sub dio, perennis, cicur.*

### 2. SONCHUS pedunculis squamatis, foliis lanceolatis indivisis sessilibus.

*Lactuca falicis folio ferrato, flore cæruleo. Amm. rbut. 150. n. 212.*

*Lactuca falicis folio, flore cæruleo. Amm. rbut. 150. n. 211.*

*Habitat in Sibiria.*

*Hospitatur sub dio, cicur, perennis.*

*Obi. Cum pappus sit sessilis, Lactuca esse nequit.*



## L A P S A N A.

1. LAPSANA calycibus fructus undique radiis subulatis patentibus, foliis lyratis.

Rhagadiolus lapsanæ foliis. *Tournef. cor.* 36.

Habitat in Oriente.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix annua. Caulis sesquipedalis, crassitie pennæ anserinæ. Folia tam radicalia quam caulina lyrata, obtusa, lævia, caulina tamen acutiora: Calyx calyculatus, basi squamis minutissimis, corpore 5 vel 6 foliolis parallelis angulatis lævibus constante. Corollulæ quinque, dentatæ; panicula divaricata. Fructus radii teretes, glabri; Flores primariis subsessiles.

2. LAPSANA calycibus fructus undique radiis subulatis patentibus, foliis lanceolatis indivisis.

Rhagadiolus alter. *Cæsalp. syst.* 511.

Hieracium filiqua falcata. *Bauh. pin.* 128.

Hieracium stellatum. *Bauh. hist.* 2. p. 1014.

Habitat Monspeltii, Bononiæ.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix annua. Caules plures semipedales tantum, filiformes, ramosi. Flores tantum primarii petiolati. Calyces calyculati, foliolis 8 parallelis angulatis: carina ciliata. Fructus radiis patulis subulatis, sed extus s. carina hispida. Folia radicalia lanceolata, integra, ut & caulina pauciora minorra. Semina solitaria, nuda, latent intra singula cornicula.

3. LAPSANA calycibus pyramidatis, seminibus papposis, foliis oblongis subdentatis scabris.

Chondrilla, hieracii folio, annua. *Tournef. inst.* 457.

*Vaill. paris.* 36.

Hieracioides annua glutinosa, floribus parvis. *Vaill.*

*act.* 1721.

Hieracium montanum alterum leptomacrocaulon. *Col. ecphr.* 1. p. 248. t. 249.

Hieracium annuum montanum fruticosius, caule canaliculato. *Moris. hist.* 2. p. 68. f. 7. t. 5. f. 37.

Habitat in sepibus Galliæ, Italiæ.

Hospitatur sub dio, cicur, annua.

Desc. Radix annua. Planta pedalis ramosissima, subnuda, glabra, erecta. Folia radicalia & ad radicem lanceolato-cuneiformia, scabra, vix manifeste dentata. Caules fere juncei, glauci, ad ramificationes folio minimo acuminato. Calyx glaber, calyculatus, ad basin foliolis 5 minutissimis; at corpus pyramidatum ex 18 circiter foliolis carinatis glaberrimis. Calyx maturo fructu horizontaliter debiscens. Semina 9. subsiformia, calyce dimidio breviora, distantia, coronata pappo simplici calyces æquanti. Paleæ nullæ.



4. LAPSANA capitulis fructus subglobosis glabris, seminibus disci calyculato-papposis.

Lapsana calycibus fructus capitatis dehiscentibus, pedunculis incrassatis, floribus nutantibus. *Hort. cliff.* 387. *Roy. lugdb.* 131.

Rhagadioloides calthæ folio, calyce glabro. *Vaill. act.* 1721. p. 202.

Hedypnois annua. *Tournef. inst.* 478.

Habitat in Europa australi.

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix annua. Caules infirmi, glabri, parum ramosi, ramis longis. Folia oblonga, dentata, parum pilosa, basi angustiora amplexicaulia; summa vero foliata integerrima. Pedunculi sursum ampliores. Fructus globosus ex squamis incurvis reveribus acutis conniventibus glabris semper; hinc calyx calyculatus est minimis foliolis. Semina disci coronata calyculo setacea, radii vero margine.

5. LAPSANA capitulis fructus globosis pilosis, seminibus disci calyculato-papposis.

Habitat in Europa australi.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Radix annua. Folia amplexicaulia, oblonga, uti in antecedenti & sequenti, sed magis pallida, minus pilosa. Calyces subglobosi, seu apice truncati ex squamis incurvis sæpe obliquis, semper undique villosis & mollibus, quæ nota ab antecedenti & sequenti differt.

6. LAPSANA capitulis fructus ovatis scabris, seminibus disci calyculato-papposis.

Hedypnois cretica minor annua. *Tournef. cor.* 36.

Habitat in Creta.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Radix annua. Caulis & planta magis vivescens, alta & glabra. Fructus magis ovatus & folia calycina extus, præsertim versus apices, serrato-denticulata, in pilis desinentibus serraturis; hinc scabra; hæc foliola lateribus non sunt hirsuta. Conveniunt 4, 5, 6, seminibus incurvis, exterioribus nudis, margine coronatis, disci vero coronatis calyculo pappiformi. Flores ante explicationem nutantes, fructus vero maturus depressitur. Pedunculus fructus inflatus superne amplior. Calyx calyculatus.

- \*. LAPSANA calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramosissimis. *Hort. cliff.* 389. *Fl. svec.* 649.

Lapsana folio amplissimo crispo. *Boerb. lugdb.* 1. p. 93.

Habitat in Europa.

Hospitatur sub dio, annua.

Obs. Nil differt a naturali planta, nisi uti Malva, Apium, Lactuca, Brasica, Endivia, Nasturium, Aplemum, Rumex, Taraxacum, Lapsana, Carduacea Crispæ a suis simplicibus plantis; quemadmodum flores petalis multiplicanti



cantur & pleni evadunt, sic etiam folia margine multiplicantur & crispa fiunt.

## C I C H O R I U M.

1. CICHORIUM caule simplici, foliis integris crenatis. *Hort. cliff.* 389.

Cichorium latifolium seu Endivia vulgaris. *Baub. pin.* 125.

Intubum fativum. *Dod. pempt.* 634.

2. Cichorium crispum. *Tournef. inst.* 479.

Endivia crispa. *Baub. pin.* 125.

Intubus crispa. *Cam. epit.* 283.

*Pharm.* ENDIVIÆ Herba, Syrupus, Aqua, Semina.

*Svecis* Endivia.

Habitat in *Europa.*

Hospitatur *sub dio*, biennis.

## C A T A N A N C H E.

1. CATANANCHE squamis calycinis inferioribus lanceolatis. *Hort. cliff.* 390.

Catanance flore luteo, latiore folio. *Tournef. inst.* 478.

Chondrilla cyanoides lutea, coronopi folio non diviso.

*Bocc. mus.* 2. p. 21. t. 7.

Stoebe plantaginis folio. *Alp. exot.* 287. t. 236.

Habitat in *Creta.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

## E L E P H A N T O P U S.

1. ELEPHANTOPUS foliis ovatis ferratis. *Hort. cliff.* 390.

Elephantopus conyzæ folio. *Dill. elth.* 126. t. 106. f. 126.

Bidens frutescens, foliis oblongis utrinque acuminatis venosis & lanuginosis. *Breyn. ic.* 32. t. 24.

Scabiosæ affinis anomala sylvatica, enulæ folio. *Sloan. flor.* 127. *hist.* 1. p. 263. t. 156. f. 1. 2.

Echinophoræ indicæ affinis, femine & floribus in capitulis lævibus, in caulium cymis, *Pluk. alm.* 132. t. 388. f. 6.

Ana-ichovadi. *Rheed. mal.* 10. p. 13. t. 7.



## 248 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Habitat in *Malabar*a, *Jamaica*.

Hospitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, perennis.

Obs. Corolla semper apud nos alba; planta nec villosa nec glabra; folia nec ovata, nec oblonga, sed medio modo se habentia.

### ECHINOPS.

1. ECHINOPS floribus capitatis, calycibus unifloris.

*Hort. cliff.* 390.

*Echinopus major.* *Baub. hist.* 3. p. 69. *Tournef. inst.* 463.

*Cardus sphaerocephalus latifolius vulgaris.* *Baub. pin.* 381.

*Chalcejos.* *Dalech. hist.* 1480.

Habitat in *Italia*.

Hospitatur sub dio, perennis, cicur.

2. ECHINOPS caule subunifloro,

*Echinopus minor.* *Baub. hist.* 3. p. 72.

*Cardus sphaerocephalus cæruleus minor.* *Baub. pin.* 381. *Magn. monsp.* 50.

Retro floribus cæruleis. *Lob. ic.* 2. p. 8.

*Crocodylium monspeliensium.* *Dalech. hist.* 1476.

- ? *Echinopus græcus tenuissime divisus & lanuginosus, capite minori cæruleo.* *Tournef. cor.* 34. an?

Habitat *Monspeli*i, *Narbonæ*, inque *Sibiria*, accepi e *Russia*.

Desc. Radix perennis. Folia pinnatifida, dentata, supra viridia, nitida, infra tomentosa, vasis nullo modo pilis patulis aut erectis instructa, sed æque tomentosa ac reliqua inferior superficies foiii, multoque tenerius dissecta quam in præcedente specie. Caulis simplex, semipedalis, absque ramis, tomentosus, non striatus at exaratus purpureis striis, superne versus capitulum omnino nudus. Capitulum globosum, paulo minus quam præcedentis, foliolis calycinis magis subulatis glabris, minimeque, uti præcedentis, hispidis seu pilis adspersis.

### SERRATULA.

1. SERRATULA foliis lanceolatis integris amplexicaulibus: ferraturis spinoso setaceis.

Habitat in *Sibiria*, *Helvetia*.

Hospitatur sub dio, perennis.

Obs. Planta ita refert *Serratulam*, *Fl. suec.* 622. ut facile pro varietate habuerem, sed præcipue difert. 1. caule altiore & duplo crassiore magisque striato. 2. radice minus repente. 3. floribus quadruplo majoribus, sed omnibus partibus similibus, etiam calycis squamis dorso versus apicem purpureo carinatis. 4. corollulis erectis nec recurvatis & reflexis. 5. foliis margine integris æqualiter serratis, serraturis ut in altera spinoso-setaceis, nec ullo modo dentatis aut sinuatis. 6. foliis semiamplexicaulibus, nec in petiolos desinentibus. Variat flore albo. *Burserus* hanc eandem in *Helvetia*

repe-



reperit, & pro *Cirsio singularibus capitulis parvis* Casp. Baub. habuit.

\* SERRATULA foliis pinnatifidis: lacinia terminali maxima. *Flor. svec. 660.*

β. Serratula foliis laciniatis, capitulis magnis lanuginosis. *Amm. rhut. 136. n. 181.*

Habitat in *Sibiria.*

Hospitatur sub dio, perennis.

Obs. Differt β a *Svecica* caule magis ramoso altiore, Foliis majoribus magnitudine *Sambuci*, calycibus subrotundis subvillosis.

## ONOPORDUM.

1. ONOPORDUM calycibus imbricatis.

*Carduus tomentosus*, acanthi folio, altissimus lusitanicus. *Tournef. inst. 441.*

*Acanthium altissimum lusitanicum*, *Moris. hist. 3. p. 153.*

Habitat in *Lusitania.*

Hospitatur sub dio, biennis.

Obs. Differt a vulgari. *Flor. svec. 653.* foliis magis tomentosis albis, minus ramoso caule & Calycis squamis non squarrosis.

## CARDUUS.

1. CARDUUS foliis sessilibus bifariam pinnatifidis: lacinis alternis erectis, calycibus globosis.

*Carduus foliis sinuatis decurrentibus: denticulis superficieque spinosis, calycibus lanigeris.* *Roy. lugdb. 133. Guett. flor. 2. p. 326.*

*Carduus capite rotundo tomentoso.* *Baub. pin. 382.*

*Carduus eriocephalos.* *Dod. pempt. 723.*

*Carduus tomentosus Corona Fratrum herbariorum.*

*Lob. ic. 2. t. 9.*

Habitat in *Anglia, Gallia, Hispania, Lusitania.*

Hospitatur sub dio, biennis, cicur.

Obs. Caulis bipedalis, ramosus: Radix biennis, altero anno florens. Calyx magnitudine ovi, squamarum apicibus linearibus, horizontalibus, integris, lana intertextis. Folia pinnato denticulata, alternis dentibus erectis, alternis reflexis.

CARDUUS foliis semidecurrentibus duplicato pinnatifidis lacinis alternis erectis, calycibus ovatis. *Carduus tomentosus pyrenaeus*, floribus purpureis glomeratis. *Tournef. inst. 441.* ex prioris de generis semina quotannis in horto excrevit. Facies & folia exacte praecedentis, sed calyces quadruplo minores sulfurei & folia semidecurrentia, quod in praecedenti non obinet; vix tamen has duas pro specie distinctis haberem, antequam certius innoverit num altera proveniat e seminibus radii aut disci, vel ex copula hybrida.



2. **CARDUUS** squamis calycinis margine apiceque spinosis. *Hort. cliff.* 393.

Carduus albis maculis notatus vulgaris. *Baub. pin.* 381.

Carduus leucographus. *Dod. pempt.* 722.

Silybum albis maculis notatum, flore purpureo. *Vaill. act.* 1718. p. 219.

*Pharm.* **CARDUI MARIÆ** Herba, Aqua, Semina.  
*Svecis Sempertin.*

Habitat in *Angliæ, Gallia, Italia* ruderatis & ageribus.

Hospitatur *sub dio*, annua, cicur.

3. **CARDUUS** foliis amplexicaulibus angulis spinosis, floribus solitariis subsessilibus: foliolis aliquot obvalatis. *Hort. cliff.* 393.

Carduus albis maculis notatus exoticus. *Baub. pin.* 381.

Carduus lacteus syriacus. *Cam. hort.* 35. t. 10.

Polyacantha major, lanceolato folio, flore purpureo.  
*Vaill. act.* 1718. p. 199.

β. **Cnicus** albis maculis notatus, flore albo. *Tournef. inst.* 450.

Habitat in *Creta & Hispania.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

Obs. Radix fibrosa. Caulis bipedalis, parum ramosus. Folia inferiora obverse ovata, sinuata angulis spinosis, superiora sinuato-dentata, dentibus alternis erectis, alternis reflexis validioribus. Folia 3 vel 4 calyces circumstant, longia, pinnato dentata, erectiuscula; vasa foliorum alba.

4. **CARDUUS** foliis lanceolatis dentatis: margine spinulis inæqualibus ciliatis, caule lævi. *Hort. cliff.* 392.

Cirsium anglicum. *Raj. hist.* 306.

Cirsium anglicum, radice hellebori nigri modo fibrosa, folio longo. *Baub. hist.* 3. p. 45.

Habitat in *Anglia, & Sibiria.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obs. Differt a Cirsio pratensi *Fl. Svec.* 657. Follis omnibus integris, subtus albis, licet non niveis, margine magis inæqualiter serrato & ciliato. Caule altiore magis paniculato, pilis patentibus adperso.

## C N I C U S.

1. **CNICUS** caule diffuso, foliis dentato-sinuatis. *Hort. cliff.* 395.

Cnicus sylvestris hirsutus sive Carduus Benedictus.  
*Baub. pin.* 378.

Carduus Benedictus. *Cam. epit.* 562.

*Pharm.*



*Pharm.* CARDUI BENEDICTI Herba, *Conserva*,  
*Aqua*, *Acetum*, Flores, Semina.

Habitat in *Chio* & *Lemno*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

2. CNICUS foliis cordatis: petiolis crispis spinosis amplexicaulibus, floribus nutantibus.

Habitat in *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, biennis forte.

Obi. Radix perennis *sepius*. Folia cordata, *Arctii*, venosa, *subtus subtomentosa*, alba, denticulata, *inverme spinulosa*. Pedunculi alati, *inferne amplexicaules latiores*, spinis pungentibus dentati. Caulis *humane altitudinis*, striatus, cinereus striis concavis purpureis; *superne paniculatus*. Flores magni, nutantes. Calyx imbricatus, squamis reflexis infimis subulatis, summis membranaceo cochleatis; intermediis membranaceo cochleatis apice subulatis. Flosculi *æquales lutei cum staminibus & pistillo longioribus*.

## CYNARA.

1. CYNARA foliis pinnatis: laciniis ferratis.

α. *Cinara hortensis aculeata*. *Baub. pin.* 383.

*Scolymus diofcoridis*. *Clus. hist.* 2. p. 153.

*Svecis* Kron - årtfkåckor.

β. *Cinara spinosa*, *cujus pediculi esitantur*. *Baub. pin.* 383.

*Scolymus aculeatus*. *Tabern. hist.* 1075.

*Gallis* Chardon.

Habitat in lætis agris *Gallie Narbonensis*, *Italiae*, *Siciliae*.

Hospitatur *sub dio* vel in *Frigidario*, perennis.

## CARTHAMUS.

1. CARTHAMUS foliis ovatis integris ferrato-aculeatis. *Hort. cliff.* 394.

*Cnicus fativus* sive *Carthamus officinarum*. *Baub. pin.* 378.

*Cnicus vulgaris*. *Clus. hist.* 2. p. 152.

*Pharm.* CARTAMI Flores, Semina.

*Svecis* Saffler.

Habitat in *Ægypto*, vix maturans Semina.

Hospitatur *sub dio*, absque potu, annua.

2. CARTHAMUS caule piloso superne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis: summis amplexicaulibus dentatis.

*Carthamus foliis amplexicaulibus acuminato-dentatis*. *Hort. cliff.* 394.



## 252 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS,

*Atractylis lutea. Baub. pin. 379.*

*Atractylis theophrasti & dioscoridis, succo sanguineo.*

*Colum. ecphr. 1. p. 19. t. 23.*

*Atractylis. Dod. pempt. 736.*

*Habitat in Narbona, Italia, Creta.*

*Hospitatur sub dio, annua, florens, sed semina non perficiens.*

### C A R L I N A.

1. *CARLINA caule unifloro. Hort. cliff. 395.*

*Carlina acaulos, magno flore albo. Baub. pin. 380.*

*Chamaeleon albus. Clus. hist. 2. p. 155. Cam. epit. 428.*

*Pharm. CARLINÆ Radix.*

*Habitat in montosis Italiae, Germaniae.*

*Hospitatur sub dio, rarius & in Frigidario.*

*Obs. Si planta in olla confertim servetur caulis fit pedalis, at in aprico vix manifestus.*

### S A N T O L I N A.

1. *SANTOLINA foliis quadrifariam dentatis, pedunculis unifloris. Hort. cliff. 397.*

*Abrotanum fœmina vulgare. Clus. hist. 1. p. 341.*

*Abrotanum fœmina, foliis teretibus. Baub. pin. 136.*

*ChamaeCyparissus. Baub. hist. 3. p. 133.*

*Pharm. SANTOLINÆ Herba.*

*Habitat in salebrosis Galliae Narbonensis, Hispaniae, Hetruriae.*

*Hospitatur in Frigidario, fruticulus.*

2. *SANTOLINA corymbo simplici, foliis trifidis. Hort. cliff. 397.*

*Coma aurea africana fruticans, foliis crithmi marini.*

*Comm. hort. 2. p. 99. t. 50.*

*Jacobæa æthiopica, foliis abrotani trifidis, summo caule capitulis parvis glomeratis. Pluk. alm. 194. t. 302. f. 7.*

*Habitat ad Caput bonæ spei.*

*Hospitatur in Tepidario, perennis,*

### C H R Y S O C O M A.

1. *CHRYSOCOMA fruticosa, foliis linearibus dorso decurrentibus. Hort. cliff. 397.*

*Coma aurea africana fruticans, foliis linearis angustis, major. Comm. hort. 2. p. 89. t. 45.*

*Cony-*



*Conyza æthiopica*, flore bullato aureo, pinaſtri brevioribus foliis læte viridibus. *Pluk. alm.* 400. t. 327. f. 2.

Habitat ad *Caput bonæ ſpei*.

Hospitatur in *Tepidario*, ſuffrutex.

## A G E R A T U M.

1. *AGERATUM*. *Hort. cliff.* 396.

*Carelia americana*, lamii folio. *Pont. diff.* 184.

*Eupatorium humile africanum*, ſenecionis facie, folio lamii. *Herm. parad.* 161. t. 161.

*Conyza americana*, lamii folio, flore albo. *Tourneſ. inſt.* 455.

Habitat in *America*.

Hospitatur in *Caldario*, annua, cicur.

## E U P A T O R I U M.

1. *EUPATORIUM* caule volubili, foliis cordatis dentatis acutis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 93.

*Eupatorium americanum* ſcandens, haſtato magis acuminato folio. *Vaill. act.* 1719. p. 401.

*Clematitis novum genus*, cucumeris folio, virginianum. *Pluk. alm.* 109. t. 163. f. 3.

Habitat in aquoſis *Virginia*.

Hospitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

Obſ. *Floſculi huic 4 intra calycem communem.*

2. *EUPATORIUM* foliis lanceolatis nervoſis: inferioribus extimo ſubſerratis, caule ſuffruticoſo.

*Eupatorium virginianum*, longiſſimis & anguſtiſſimis foliis. *Moriſ hiſt.* 3. p. 97. *Raj. ſuppl.* 187.

Habitat in *Penſylvania*, Paſtor *Dylander* miſit.

Hospitatur *ſub dio*, & in *Frigidario*, perennis.

Deſc. Radix perennis. Caules erecti humane altitudinis, ſublignofi (ſed pereunt quotannis), teretes, purpuraſcentes. Folia lanceolata, internodiis triplo longiora, ſubtus venoſa, trinervia, verſus apicem ſubdentata. Corymbus florum albus ſolis antheris fuſco purpuraſcentibus. In hac ſpecie ſtoſculi in ſingulo flore 5, ut in *Eupatorio Flor. ſvec.* 65, non corollis incarnatis uti in *ſvecica*, ſed albis, antheris ſubviolaceis.

3. *EUPATORIUM* foliis connatis tomentoſis. *Hort. cliff.* 396. *Gron. virg.* 177.

*Eupatorium virginianum*, ſalviæ foliis longiſſimis acuminatis, perfoliatum. *Pluk. alm.* 140. t. 87. f. 6. *bona.*

*Eupa-*



## 254 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Eupatorium virginianum, mucronatis rugosis & longissimis foliis, perfoliatum. *Moris. hist. 3. p. 97.*

Habitat in *Virginia* aquosis.

Hospitatur in *Frigidario*, & *sub dio*.

Obs. Flosculi in *singulo flore 15* saepius, *alli antheris purpurascens*.

4. EUPATORIUM foliis sessilibus amplexicaulibus distinctis lanceolatis,

Eupatorium virginianum, flore albo, folio menthæ angustioribus sessilibus minutim dentatis. *Moris. hist. 3. p. 98. n. 13. Raj. suppl. 188.*

Habitat in *Virginia*. *Clayt. 820.*

Hospitatur *sub dio*, & in *Frigidario*.

Obs. Flosculi in *singulo flore 5*, *albi antheris subviolaceis*.

5. EUPATORIUM foliis ovatis serratis petiolatis, caule glabro.

Eupatorium caule erecto, foliis cordatis serratis. *Hort. cliff. 396. Gron. virg. 93.*

Eupatorium scrophulariæ foliis glabris, flore albo. *Moris. hist. 3. p. 98. f. 7. t. 18. f. 11.*

Valeriana urticæ folio, flore albo. *Corn. canad. 20. t. 21.*

Habitat in *Canada, Virginia.*

Hospitatur *sub dio*, in *Frigidario*.

Obs. Flosculi *albi una cum antheris*, numero *viginti*.

## KLEINIA.

1. KLEINIA caule herbaceo, foliis hastato-sagittatis denticulatis, petiolis superne dilatatis.

Porophyllum foliis deltoidibus angulatis. *Gron. virg. 94.*

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur in *Frigidario* & *Tepidario*, perennis.

Desc. Radix perennis. Caulis humanæ altitudinis, striatus, annuus, simplicissimus. Folia sagittata, interdum parum hastata, longa, glabra, venosa, margine denticulata seu serrata, petiolis superne latiora seu folia per petiolos decurrentia, subtus glabra, non glauca. Corymbis ramos terminans floribus albis. Ex *America* plantam habemus, cujus folia in petiolum desinant magis hastata. Planta sicca rarissime olet. In hac specie Calyx cingitur involuero seu foliolis 4, 5, vel 6 linearibus, patulis. Corollula nivea, antheræ flavæ, Styli bisidi, incarnati, obtusi, canaliculati.

## TANACETUM.

\*. TANACETUM foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis incilis serratis. *Hort. cliff. 398. Fl. svec. 666.*

β. Tanacetum foliis crispis. *Baub. pin. 132.*

Tanacetum crispum. *Dod. pempt. 36.*

*Pharm.*



## SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA, 255

*Pharm.* TANACETI Herba, *Aqua*, *Oleum*.

- γ. Tanacetum foliis vulgaris Tanaceti minoribus & tenuioribus, grati odoris. *Amm. rbut.* 147. p. 205.

Habitat in *Europa* et in *Sibiria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis, cicur.

2. TANACETUM foliis ovatis integris ferratis. *Hort. cliff.* 398.

*Mentha hortensis corymbifera.* *Baub. pin.* 226.

*Balsamita major.* *Dod. pempt.* 295.

*Pharm.* BALSAMITÆ Herba.

*Svecis* Svånsk *Salvia*.

Habitat in squalidis *Narbonæ* & *Hetruria*.

Hospitatur *sub dio*, perennis, cicur.

## B I D E N S.

1. BIDENS corona feminum retrorsum aculeata, seminibus undique patentibus. *Hort. cliff.* 399.

*Bidens latifolia hirsutior*, semine angustiore radiato.

*Dill. elth.* 51. t. 3. f. 51.

Habitat in *America*.

Hospitatur in *Tepidario*, & *Caldario*, annua.

## POLYGAMIA SUPERFLUA.

### X E R A N T H E M U M.

1. XERANTHEMUM receptaculis paleaceis feminum pappo quinque-feto. *Hort. cliff.* 400.

*Jacea oleæ folio*, capitulis simplicibus. *Baub. pin.* 272.

*Ptarmica austriaca.* *Clus. hist.* 2. p. 11.

Habitat in campis aridis marginibusque agrorum *Wiennæ*, *Florentii*, *Monspeltii*.

Hospitatur *sub dio*, annua.

### G N A P H A L I U M.

1. GNAPHALIUM foliis lineari-lanceolatis acuminatis alternis, caule superne ramoso, corymbis fastigiatis. *Hort. cliff.* 401.

*Gnaphalium latifolium americanum.* *Baub. pin.* 263.

*Gnaphalium americanum.* *Clus. hist.* 1. p. 327.

*Svecis*



## 256 SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

*Svecis Pärlegräs.*

Habitat in *America septentrionali.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. GNAPHALIUM foliis amplexicaulibus integerrimis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. *Hort. cliff. 402.*

Elichrysum africanum latifolium foetidum, capitulo argenteo. *Comm. hort. 2. p. 111. t. 56.*

Conyza africana graveolens, capitulis argenteis. *Pluk. alm 117. t. 243. f. 1.*

Habitat in *Aethiopia.*

Hospitatur in *Frigidario*, biennis.

3. GNAPHALIUM foliis confertis angusto lanceolatis, caule fruticoso, corymbo composito *Hort. cliff. 402.*

Elichrysum orientale. *Baub. pin. 264. prodr. 123.*

Elichrysum africanum frutescens, angustis & longioribus foliis incanis. *Comm. hort. 2. p. 109. t. 55.*

Habitat in *Africa.*

Hospitatur in *Frigidario*, perennis.

4. GNAPHALIUM foliis linearibus, caule fruticoso ramoso, corymbo composito terminali. *Hort. cliff. 401.*

Elichrysum sylvestre angustifolium, capitulis conglobatis. *Baub. pin. 264.*

Stœchas citrina. *Dod. pempt. 268. Dalech. hist. 779.*

Habitat in *Gallia Narbonensi, Hispania & Tunis.*

Hospitatur in *Frigidario*, suffrutex.

## A R T H E M I S I A.

1. ARTEMISIA foliis lanceolato linearibus alternis integerrimis. *Hort. cliff. 403.*

Absinthium edule, lini folio viridi. *Vaill. art. 1719. p. 374.*

Abrotanum lini folio acriori & odorato. *Tournef. inst. 459.*

Dracunculus hortensis. *Baub. pin. 98.*

Draco herba. *Dod. pempt. 709.*

*Svecis Dragon.*

Habitat in *Tataria & Sibiria, Adieles & deserta Cosacorum & Donnensium.*

Hospitatur *sub dio*, locis succulentis, perennis.

2. ARTE-



Habitat in *Peru & Persia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

2. **AMARANTHUS** inermis, racemis cylindraceis erectis. *Hort. cliff.* 444. *Gron. virg.* 188.

*Amaranthus sylvestris maximus novæ angliæ*, spicis viridibus. *Raj. hist.* 201.

β. *Amaranthus sylvestris maximus novæ angliæ*, spicis purpureis. *Tournef. inst.* 235.

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. **AMARANTHUS** capitulis subrotundis lateralibus, foliis lanceolatis acuminatis. *Hort cliff.* 444.

*Amaranthus folio variegato.* *Baub. pin.* 121.

*Amaranthus tricolor.* *Lob. hist.* 121.

Habitat - -

Hospitatur in *Caldario* ut pulchrior evadat, annua.

Obs. Singulare quod in hac floribus demerit *Naturæ Auctor* eorum *purpura* eaque pinxerit folia, non inferiora, sed superiora, ut florem formarent; sic in *PEPLI*, *callitriche* &c. ubi flores abjectissimi, folia rosam formant, *Hæc monoica triandra, præcedentes monoica pentandra sunt.*

## P O L Y A N D R I A.

### C O R Y L U S.

\* **CORYLUS** stipulis ovatis obtusis. *Hort. cliff.* 448.  
*Fl. Svec.* 787.

β. *Corylus fativa*, fructo albo minore, seu vulgaris.  
*Baub. pin.* 417.

*Svecis: Lambertiska nötter.*

γ. *Corylus fativa*, fructu rotundo maximo. *Baub. pin.* 418.

*Svecis Spanska Nötter.*

Habitat in *Germania, Hispania.*

Hospitatur *sub dio*, Arbor.

### J U G L A N S.

1. **JUGLANS** foliis ovalibus glabris obsolete serratis: omnibus subæqualibus. *Hort. cliff.* 448.

Nux



Nux juglans seu regia vulgaris. *Baub. pin.* 417.

Nux juglans. *Dod. pempt.* 816.

*Pharm.* JUGLANDIS NUCES, Dissepimentum, *Rob. oleum.*

*Svecis* Walnöt-tråd.

Habitat - - -

Hospitatur in *Frigidario*, at in australibus *Sveciæ* provinciis, præsertim in *Scania*, *sub dio*, *Arbor.*

2. JUGLANS foliolis lanceolatis argute ferratis: superioribus minoribus. *Hort. cliff.* 449. *Gron. virg.* 189.

Nux juglans virginiana nigra. *Herm. lugdb.* 452. t. 453. *Catesb. carol.* 1. p. 67. t. 67.

Habitat in *Terra mariana & Virginia.*

Hospitatur in *Frigidario*, *Arbor.*

## F A G U S.

1. FAGUS foliis lanceolatis acuminata ferratis, *Hort. cliff.* 447.

*Castanea sativa.* *Baub. pin.* 418.

*Castanea.* *Cam. epit.* 118.

*Pharm.* CASTANÆ Fructus, cortex.

*Svecis* Castanie-trå.

Habitat in montibus *Italiæ* copiosissime; parcius in *Germania*, *Gallia.*

Hospitatur in *Frigidario*, *Arbor.*

## L I Q V I D A M B A R.

1. LIQVIDAMBAR. *Hort. cliff.* 486. *Gron. virg.* 190.

Liquidambari arbor seu styraciflua, aceris folio, fructu tribuloide pericarpio orbiculari ex quamplurimis apicibus coagmentato semen recondens.

*Pluk. alm.* 224. t. 42. f. 6.

*Styrax aceris folio.* *Raj. hist.* 1681.

*Pharm.* STORACIS LIQVIDÆ Resina.

Habitat in *Virginia.*

Hospitatur in *Frigidario*, *Arbor.*

## P L A T A N U S.

1. PLATANUS foliis lobatis. *Hort. cliff.* 447. *Gron. virg.* 119.

*Platanus occidentalis.* *Catesb. carol.* 1. p. 56. t. 56.

Habitat in *Carolina*, *Virginia.*

Hospitatur in *Tepidario*, *Arbor* †.

POTE-



## P O T E R I U M.

1. POTERIUM inerme. *Hort. cliff.* 446. filamentis longissimis. *Roy. lugdb.* 129. *Gvett. Fl.* 2: p. 129.

Sangvisorba minor. *Baub. hist.* 3. p. 113.

Pimpinella sangvisorba minor hirsuta. *Baub. pin.* 160.

Pimpinella sangvisorba. *Cam. epit.* 777.

*Pharm.* PIMPINELLÆ ITALICÆ Herba, Semina.

*Svecis* Pimpinella.

Habitat in apricis asperis petrosis *Germaniæ*, *Belgii*, *Angliæ*, *Galliæ*, *Italiæ*.  
Hospitatur *sub dio*, perennis.

2. POTERIUM agrimonoides.

Pimpinella agrimonoides odorata. *Tournef. inst.* 157.

Pimpinella agrimonoides. *Moris. blæs.* 294. *umb.* 57.

*Bocc. succ.* 58.

Habitat *Monspelii*.

Hospitatur *sub dio*, biennis.

*Obs.* Non video quomodo hæc a præcedenti distinguatur. Facies tristior scior, odor gratior. an HYBRIDA ex antecedenti & Agrimonia?

## MONADELPHIA.

## P I N U S.

1. PINUS foliis geminis, primordialibus solitariis ciliatis. *Hort. cliff.* 450.

Pinus sativa. *Baub. pin.* 490.

Pinus officulis duris, foliis longis. *Baub. hist.* 1. p. 248.

*Pharm.* PINI Nuces, Nuclei, *Loboc.*

*Svecis*: Spansktrall.

Habitat copiosissime in *Italia* prope *Ravennam* ad maris usque littus.  
Hospitatur in *Frigidario*, Arbor.

*Obs.* Huic cotyledones 10 vel 12, dum e semine enascitur.

## C U P R E S S U S.

1. CUPRESSUS foliis imbricatis erectis. *Hort. cliff.* 449.  
Cupressus meta in fastigium convoluta, quæ *Foemina plinii* *Tournef. inst.* 587.

Cupressus. *Baub. pin.* 488. *Cam. epit.* 52.

*Sopher Cels. hierob.* 1. p. 328.

*Pharm.* CUPRESSI Lignum, Nuces.

*Svecis*: Cypress.



Habitat in insulis *Græcia, Creta &c.*  
Hospitatur in *Frigidario, Arbor.*

2. CUPRESSUS foliis distiche patentibus. *Hort. cliff.*  
449. *Græn. virg.* 119.

Cupressus virginiana, foliis acaciæ deciduis. *Comm.*  
*hort.* 1. p. 113. t. 59.

Cupressus virginiana, foliis acaciæ cornigeræ paribus  
& deciduis. *Pluk. alm.* 125. t. 85. f. 6.

Habitat in *Carolina, Virginia.*  
Hospitatur in *Frigidario, Arbor.*  
Obs. *Hæc pentacotyledonis est.*

## T H U J A.

1. THUJA strobilis lævibus: squamis obtusis. *Hort.*  
*cliff.* 449.

Thuja theophrasti. *Baub. pin.* 488.

Arbor vitæ. *Clus. hist.* 1. p. 36. *Dod. pempt.* 630.

Habitat in *Canada.*  
Hospitatur in *Frigidario, Arbuseula.*

2. THUJA strobilis squarrosis: squamis reflexo acumi-  
natis.

Thuja strobilis uncinatis, squamis reflexo acuminatis.  
*Roy. lugdb.* 87. *descr.* *Hort. cliff.* 449.

Habitat forte in *China.*  
Hospitatur in *Tepidario, Arbuseula.*

## P O L Y A D E L P H I A.

### R I C I N U S.

1. RICINUS foliis peltatis serratis, petiolis glanduli-  
feris. *Hort. cliff.* 450. *Fl. zeyl.* 339.

Ricinus vulgaris. *Baub. pin.* 439.

Ricinus, galls Palma chritti. *Lob. hist.* 392.

Kikajon. *Cels. hierob.* 2. p. 273.

*Pharm.* CATAPUTIÆ MAJORIS Semina.

*Svecis* Jonæ Curbitz, Undertråd.

3. Ricinus africanus maximus, caule geniculato rutilan-  
te. *Tournef. inst.* 542.



Habitat locis pinguibus, in quatuor orbis partibus calidioribus: *Japonia*,  
*Malabar*a, *Zeylon*a, *Africa*, *Creta*, *Jamaica*, *Surinama*, *Virginia*.  
 Hospitatur sub dio, & in *Caldario*, biennis.

## J A T R O P H A.

1. *JATROPHA* foliis palmatis dentatis aculeatis. *Hort.*  
*cliff.* 445.

*Ricinus tithymaloides americanus lactescens & urens*,  
 floribus albis. *Comm. hort.* 1. p. 19. t. 10.

*Ricinus lactescens*, fici foliis: spinulis mordacibus ar-  
 matis. *Pluk. alm.* 320. t. 220. f. 3.

Habitat in *Brasilia*.

Hospitatur in *Caldario*, Arbor.

## C R O T O N.

1. *CROTON* foliis rhombeis repandis, capsulis pendu-  
 lis, caule herbaceo.

*Croton* foliis ovatis plicatis scabris, capsulis e pedun-  
 culo ramoso pendulis. *Roy. lugdb.* 532.

*Ricinoides* ex qua paratur *Tournesol* gallorum. *Tournef.*  
*inst.* 565. *Vaill. act.* 1712. p. 337. t. 17.

*Heliotropium tricoccum*. *Baub. pin.* 253. *Raj. hist.* 165.

*Pharm.* LACMUS SUCCUS.

Habitat *Monspeli*i rarius.

Hospitatur in *Caldario*, & *Tepidario*, annua.

Obf. Caulis herbaceus teres spithamæus viridis terminatus racemo, ubi Rami  
 2 vel 3 erecto-patentes, terminati racemo & similiter subdivisi. Racemi  
 erecti pedunculis partialibus unifloris erectis: femineis inferioribus longioribus,  
 paucioribus. Masculi calyx cylindræus monophyllus quinquedentatus, deci-  
 duus: Corolla infundibuliformis pentapetala: limbo brevissimo flavo patulo  
 acuminato. Stamina ex filamentis in unam columnam, longitudine floris,  
 connata, deinde divisa, & antheris 8 seu 10 oblongis instructa. Feminei  
 calyx decaphyllus, foliolis subulatis alternis brevioribus persistens. Corolla  
 nulla. Germen subrotundum verrucosum. Styli 3. recurvi semibifidi.  
 Stigmata subbarbata longitudine stylorum. Fructus pendentis in peduncu-  
 lis elongatis. Folia rhombæa repanda, rugosa, venosa, viridia, petiolis ca-  
 naliculatis. Glandula ad basin subtus folii, utrinque una, elevata.

## A C A L Y P H A.

1. *ACALYPHA* involucris femineis cordatis incisiss, foliis ovato-lanceolatis petiolo longioribus. *Flor.*  
*zeyl.* 342.

Acaly-



*Acalypha* foliis ovato-lanceolatis, involucris femineis obtusis. *Hort. cliff.* 495. *Gron. virg.* 116.

*Mercurialis* tricoccus hermaphroditica seu ad foliorum juncturas e foliolis cristatis julifera simul & fructum gerens. *Pluk. alm.* 243. t. 99. f. 4.

Habitat in *Zeylona*, *Virginia*.

Hospitatut in *Caldario*, & *Vaporario*, ubi nimis luxuriat & se ipsam multiplicat, annua.

## SYNGENESIA.

### SICYOS.

1. *SICYOS* foliis angulatis. *Hort. cliff.* 452.

*Sicyoides* americana, fructu echinato, foliis angulatis. *Tournef. inst.* 103.

*Bryonoides* flore & fructu minore. *Dill. elth.* 58. t. 51. f. 59.

*Cucumis* canadensis monospermos, fructu echinato. *Herm. parad.* 108. t. 108.

Habitat in *Canada*.

Hospitatut *sub dio*, & in *Caldario*, annua.

### CUCURBITA.

1. *CUCURBITA* seminibus obsolete bicornibus. *Hort. cliff.* 451.

*Cucurbita* laginaria, flore albo. *Moris. hist.* 2. p. 23. f. 1. t. 5. f. 3.

*Cucurbita* oblonga, flore albo, folio molli. *Baub. pin* 313.

*Cucurbita* camerariana longa. *Dalech. hist.* 615.

*Pharm.* CUCURBITÆ Semina.

*Svecis* Calabass.

Habitat in locis riguis humentibus *Americæ*.

Hospitatut *sub dio*, vix maturescit, annua.

2. *CUCURBITA* seminum margine integro tumido. *Hort. cliff.* 452.

*Cucurbita* major rotunda, fructu luteo, folio aspero. *Baub. pin.* 213.



Pepo vulgaris. *Raj. hist.* 639.

*Svecis* Pompa.

Habitat - - - -

Hospitatur *sub dio*, annua.

3. CUCURBITA foliis multipartitis.

Cucurbita seminum margine basi dilatato. *Hort. cliff.*

452.

Anguria Citrullus dicta. *Baub. pin.* 312.

Citrullus folio colocynthidis secto, semine nigro, qui-

busdam Anguria. *Baub. hist.* 2. p. 235.

*Pharm.* CITRULLI Semina.

*Svecis* Watu - Melon.

Habitat in *Apulia*, *Calabria*, *Sicilia*.

Hospitatur in terra *prægnante*, annua.

## C U C U M I S.

1. CUCUMIS foliorum angulis rectis. *Hort. cliff.* 451.

Cucumis fativus vulgaris. *Baub. pin.* 310.

Cucumis vulgaris. *Dod. pempt.* 66.

*Pharm.* CUCUMERIS Semina.

*Svecis* Gurka.

Habitat - - - -

Hospitatur *sub dio*, annua.

2. CUCUMIS foliorum angulis rotundatis. *Hort. cliff.*

451.

Melo vulgaris. *Baub. pin.* 310.

Melo. *Baub. hist.* 2. p. 242.

*Pharm.* MELONIS Semina.

*Svecis* Melon.

Habitat - - - -

Hospitatur in *vaporariis*, & terra *prægnante*, annua.

3. CUCUMIS foliis palmato-sinuatis, pomis subovatis echinatis.

Cucumis foliis palmatis. *Roy. lugdb.* 263.

Cucumis sylvestris americanus, anguriæ folio, fructu ovi figura & magnitudine ad maturitatem pallido, spinosis tuberculis momordicæ instar muricato. *Pluk.*

*phyt.* 170. f. 3.



Cucumis anguriae folio latiore aspero, fructu minore candido : spinulis obtusis muricato. *Sloan. flor.* 103.

Anguria americana, fructu echinato eduli. *Tournef. inst.* 107.

Habitat in *Jamaica*,

Hospitatur in *Caldario*, annua †.

Obs. Accedit valde ad Cucumereum africanum echinatum minorem. *Herm. parad.* 133. t. 133.

4. CUCUMIS foliis multifidis, pomis globosis glabris.

Cucumis foliis multifidis. *Roy. lugdb.* 263.

Colocynthis fructu rotundo major. *Baub. pin.* 313.

Colocynthis. *Cam. epit.* 982.

*Pharm.* COLOCYNTHIDIS Pulpa, Semina, Resina, Extractum.

*Swecis* Coloquint.

Habitat - - -

Hospitatur in *Caldario*, annua.

5. CUCUMIS foliis cordatis integris denticulatis, pomis globosis glabris.

Cucumis maderaspatensis, fructu minimo. *Pluk. alm.*

123. t. 170. f. 2.

Habitat in *India*.

Hospitatur in *Caldario*, annua.

## M O M O R D I C A.

1. MOMORDICA pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patienti-palmatis. *Hort. cliff.* 451.

Balsamina rotundifolia repens seu mas. *Baub. pin.* 306.

*Charantia.* *Dod. pempt.* 670.

Habitat in *India*

Hospitatur in *Caldario*, annua †.

2. MOMORDICA pomis oblongis : sulcis catenulatis, foliis incis. *Hort. cliff.* 451. *Flor. zeylon.* 352.

Cucumis ægyptius reticulatus seu Luffa arabum. *Vest.*

*egypt.* 199. t. 58. 59. *Moris. hist.* 2. p. 35. s. 7. t. 7.

f. 1. 2.

Luffa arabum. *Tournef. art.* 1706.



Habitat in *Zeylona*.  
 Hospitatur in *Caldario*, annua.

3. MOMORDICA absque cirrhis,  
 Momordica pomis ovalibus hispidis, foliis cordatis in-  
 tegris plicato-dentatis. *Hort. cliff.* 451.  
 Cucumis sylvestris asininus dictus. *Bauh. pin.* 314.  
 Cucumis sylvestris. *Cam. epit.* 946.  
 Pekaim. *Cels. hierobot.* 1. p. 393.  
 Pharm. CUCUMERIS ASININI Radix.

ELATERII *Extractum, Resina.*

Habitat in ruderatis, sabulosis, uliginosis, *Galliae Narbonensis, Italiae,*  
*Siciliae.*

Hospitatur *sub dio*, perennis.

Obl. *Hæc cirrhis destituitur omnino & unica.*





CLASSIS XXII.

DI O E C I A

D I A N D R I A.

S A L I X.

1. SALIX foliis ferratis ovatis acutis glabris : ferraturis cartilagineis, petiolis calloso - punctatis.

Salix folio laureo seu lato glabro odorato. *Raj. hist.*

1420.

Habitat in Europa.

Hospitatur sub dio, Arbor.

T R I A N D R I A.

O S Y R I S.

1. OSYRIS foliis obtusis.

Osyris fructu nigro. *Amm. rhut.* 178.

Habitat circa locum salinum *Famischon* Sibiriae.

Hospitatur sub dio & in Frigidario, (ad huc tenella) frutex.

T E T R A N D R I A.

M Y R I C A.

2. MYRICA foliis lanceolatis subserratis, fructu baccato. *Hort cliff.* 455. *Gron. virg.* 120.

Myrtus brabanticae similis carolinensis baccifera, fructu racemoso sessili monoppyreno. *Pluk. alm.* 250. t. 48. f. 9. *Catesb. carol.* 1. p. 69. t. 69.

Coriotragematodendros seu Arbor caroliniensis æleagni cordi foliis, fructu saccharati specie & magnitudine coriandri. *Pluk. amalb.* 65.

*Svecis* Waxtråd. *Pensylvanis* Candeltree.

Habitat in Carolina, Virginia.

Hospitatur in Frigidario, Arbor.



## PENTANDRIA.

## PISTACIA.

1. PISTACIA foliis impari pinnatis, foliolis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff.* 456.

Terebinthus vulgaris. *Baub. pin.* 400.

Terebinthus. *Dod. pempt.* 870. *Clus. hist.* 1. p. 15.

*Pharm* TEREBINTHINA CYPRIA.

*Svecis* Terpentins - trä.

Habitat in Gallia Narbonensi, Lusitania, Hispania, Italia, Sicilia, Cypro, Cycladibus, Syria, Mesopotamia, Assyria.

Hospitatur in Tepidario, Arbor.

2. PISTACIA foliis abrupte pinnatis. *Hort. cliff.* 456.

Lentiscus vulgaris. *Baub. pin.* 399.

Lentiscus. *Dod. pempt.* 871. *Clus. hist.* 1. p. 14.

*Pharm.* LENTISCI Lignum

MASTICIS Resina, Syrupus, Oleum.

*Svecis* Mastix - trä.

Habitat in Gallia Narbonensi, Lusitania, Hispania, Italia.

Hospitatur in Tepidario, Arbor.

## CERATONIA.

1. CERATONIA *Dod pempt.* 787. *Cels. hierobot.* 1. p. 226.

Siliqua edulis. *Baub. pin.* 400.

Siliquæ. *Cam epit.* 139. femina.

*Pharm* SILIQUA DULCIS.

*Svecis* Johannisbröd.

Habitat in Apulia, Campania, Creta, Cypro, Sicilia, Syria, Judæa.

Hospitatur in Tepidario, per hyemes.

## SPINACIA.

1. SPINACIA. *Hort. cliff.* 457.

*Mas.*

Spinacia vulgaris sterilis.

*Tournef. inst.* 533.

Spinachia femina. *Dalech*

*hist.* 543.

Spinachia sterilis. *Marisf.*

*hist.* 2. p. 598.

*Femina.*

Spinacia vulgaris, capsula feminis aculeata.

*Tournef. inst.* 533.

Spinachia mas. *Dalech. hist.* 543.

Spinachia semine spino-  
Lapa-



Lapathum hortense seu  
Spinacia sterilis, *Baub.*  
*pin.* 115.

fo. *Moris. hist.* 2. p.  
598.

Lapathum hortense seu  
Spinacia femine spino-  
so, *Baub. pin.* 114.

β. Lapathum hortense seu  
Spinacia femine non spi-  
noso, *Baub. pin.* 115.

*Pharm.* SPINACIÆ Se-  
mina.

*Svecis* Spinat.

Habitat - - -

Hospitatur *sub dio*, annua.

## CANNABIS.

1. CANNABIS foliis digitatis. *Hort. cliff.* 457.

*Mas.*

Cannabis sterilis. *Dod.*  
*pempt.* 353.

Cannabis femina. *Dalech.*  
*hist.* 497.

Cannabis erratica. *Baub.*  
*pin.* 320.

*Svecis* Gallringshampa.

*Femina.*

Cannabis foecunda. *Dod.*  
*pempt.* 535.

Cannabis mas. *Dalech. hist.*  
497.

Cannabis sativa. *Baub.*  
*pin.* 320.

*Pharm.* CANNABIS Se-  
mina.

*Svecis* Frôhampa.

Habitat in *India Orientali*.

Hospitatur *sub dio*, annua, ubique in agris.

## HEXANDRIA.

### DIOSCOREA.

1. DIOSCOREA foliis cordatis alternis, caule lævi.

*Hort. cliff.* 459. *Fl. zeyl.* 358.

Dioscorea scandens, folio tamni, fructu racemoso.  
*Plum. gen.* 9.

Volubilis nigra, radice tuberosa compressa maxima  
digitata farinacea esculenta, folio cordato nervoso.  
*Sloan. flor.* 46. *hist.* 1. p. 140.



Habitat in Malabar, Zeylona, Jamaica.  
Hospitatur in Caldario, perennis †.

## OCTANDRIA.

## POPULUS.

1. POPULUS magna, foliis amplis: aliis cordiformibus, aliis subrotundis: junioribus tomentosis. *Gron. virg.* 194.

Habitat in Virginia.

Hospitatur sub dio, Arbor.

Obs. Varietas forte POPULI NIGRÆ. *Fl. Svec.* 831.

## GLEDITSIA.

1. GLEDITSIA. *Gron. virg.* 193.

Cæsalpinoïdes foliis pinnatis ac duplicato pinnatis.  
*Hort. cliff.* 489.

Acacia americana, abruæ folio, triacanthos, sive ad axillas foliorum spina triplici donata. *Pluk. mant.* 1.  
*Hort. angl.* 1. 21.

Acacia, abruæ folio, triacanthos, capsula ovali unicum semen claudente. *Catesb. carol.* 1. p. 43. t. 43.

Acacia triacanthos, siliquis latis fuscis: pulpa virescente subdulci. *Clayt. virg.* 59.

Habitat in Virginia.

Hospitatur in Tepidario, Arbor.

## ENNEANDRIA.

## MERCURIALIS.

1. MERCURIALIS caule brachiato, foliis glabris.  
*Hort. cliff.* 461.

Mas.

Femina.

Mercurialis spicata seu femina. *Baub. pin.* 121

Mercurialis testiculata seu mas. *Baub. pin.* 121.

Mercurialis femina. *Dod. pempt.* 658. *Lob. hist.* 131.

Mercurialis mas. *Dod. pempt.* 658. *Lob. hist.* 131.

*Dalech. hist.* 1627.

*Dalech. hist.* 1627.

Pharm.



*Pharm.* MERCURIALIS Herba, *Mel.*

Habitat in umbrosis *Angliæ, Galliæ, Italiæ.*

Hospitatur *sub dio, cicur, annua.*

## DECANDRIA.

### CORIARIA.

1. CORIARIA foliis ovato oblongis.

*Coriaria, Hort. cliff. 462.*

*Coriaria vulgaris, Isnard. act. 1711. p. 418.*

*Rhus myrtifolia monspeliana, Baub. pin 414. Angl. hortul. 64. t. 20. f. 1.*

Habitat *Monspeli.*

Hospitatur in *Tepidario, & Frigidario, frutex.*

Obs. Vim singularem producendi EPILEPSIAM detexit *Illustris Medius DD. SAUVAGESIUS, quocunque modo & a quocunque animali assumatur.*

## MONADELPHIA.

### JUNIPERUS.

1. JUNIPERUS foliis inferne adnatis : oppositionibus concatenatis. *Hort. cliff. 464.*

*Sabina folio cupressi, Baub. pin. 487.*

*Sabina, Dod. pempt. 854.*

*Pharm. SABINÆ Herba, Essentia, Aqua, Oleum.*

*Svecis Säfvenbom.*

Habitat in orientis montibus *Ararat, Olympi, Uraliæ.*

Hospitatur *sub dio, frutex,*

2. Juniperus foliis basi adnatis : junioribus imbricatis, senioribus patulis. *Hort. cliff. 464. Gron. virg. 194.*

*Juniperus major americana, Raj. hist. 1413.*

*Juniperus barbadensis, cupressi folio, ramis quadratis.*

*Pluk. alm. 201.*

*Svecis Ceder.*

Habitat in *Jamaica, Carolina, Virginia.*

Hospitatur in *Tepidario, Arbor.*



## SYNGENESIA.

## RUSCUS.

1. RUSCUS foliis supine floriferis nudis. *Hort. cliff.* 463.  
 Ruscus myrtifolius aculeatus. *Tournef. inst.* 79. *Segu.*  
*veron.* 90.

Ruscus. *Baub. pin.* 470.

Ruscum. *Dod. pempt.* 744.

*Pharm.* RUSCI Radix, Semina.

Habitat in asperis saxosis umbrosis *Galliae, Italiae.*

Hospitatur in *Frigidario, Fruticulus.*

2. RUSCUS foliis nudis prone floriferis. *Hort. cliff.* 465.  
 Laurus alexandrina, fructu folio infidente. *Baub. pin.*  
 305. *Segu. veron.* 90.

Laurus alexandrina, Chamædaphne. *Column. ecphr.* 1.  
*p.* 164. *t.* 165. *f.* 1.

Habitat in *Italiae* devexis collium lateribus.

Hospitatur in *Frigidaria, perennis.*

3. RUSCUS foliis supine floriferis sub foliolo. *Hort. cliff.*  
 466.

Hippoglossum. *Dod. pempt.* 745.


Hippoglossum dioscoridis seu Laurotaxa plinii. *Co-*  
*lumn. ecphr.* 1. *p.* 166. *t.* 165. *f.* 2.

Laurus alexandrina, fructu pediculo infidente. *Baub.*  
*pin.* 304.

*Pharm.* UVULARIÆ Herba.

Habitat in umbrosis montibus *Hungariae, Liguriae.*

Hospitatur in *Frigidario, perennis.*





CLASSIS. XXIII.

POLYGAMIA

MONOECIA.

MUSA.

1. MUSA racemo simplicissimo. *Hort. cliff. 467. Fl. zeyl. 368.*

Musa cliffortiana. *Linn. mus. 1. t. 1.*

Musa. *Clus. exot. 229. Sterb, citric. t. 4.*

Ficus indica, fructu racemoso, folio oblongo. *Baub. pin. 508.*

Palma humilis, longis latisque foliis. *Baub. pin. 107.*

Habitat in calidiori India.

Hospitatur in Caldario, missa ab optimo Amico A. v. Royeno, Professore Leydenji. Magnificum munus, sed periit summo meo dolore, Perennis ceterum. Arborescens herba.

ÆGILOPS.

1. ÆGILOPS spica ovata aristis brevior.

Ægilops. *Roy. lugdb. 72. Dod pempt. 72.*

Ægilops altera. *Cam. epit. 928.*

Festuca altera, capitulis duris. *Baub. pin. 10. theatr. 151.*

Gramen spicatum, durioribus & crassioribus locustis, spica brevi. *Scheuchz. gram. 11.*

Habitat ad agrorum margines Gallie Narbonensis, Campania, Sicilia.

Hospitatur sub dio, biennis. †

HOLCUS.

1. HOLCUS glumis villosis. *Hort. cliff. 469*

Milium arundinaceum, plano alboque semine. *Baub. pin. 26. theatr. 514.*

Sorghum album, Milium indicum, *Dora. Daleck. bist. 2. p. 449.*

Habitat in Sicilia, Epiro, Arabia, culta, vix sponte.

Hospitatur in Caldario & sub dio, vix maturescit, annua.



## P A R I E T A R I A.

## 1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis alternis.

*Hort. cliff.* 469.Parietaria officinarum & dioscoridis. *Baub. pin.* 121.Parietaria. *Dod. pempt.* 102.Helxine. *Cam. epit.* 849.*Pharm.* PARIETARIÆ Herba.Habitat in *Europa* australioris ruderatis, muris, siccis.Hospitatur *sub dio*, perennis.

## V A L A N T I A.

## 1. VALANTIA floribus masculis trifidis hermaphroditici germini insidentibus, caulibus procumbentibus glabris.

Valantia procumbens glabra. *Hort. cliff.* 468.Valantia quadrifolia verticillata. *Tournef. aët.* 1706. p. 86.Valantia annua quadrifolia verticillata, floribus ex viridi pallescentibus, fructu echinato. *Mich. gen.* 13. t. 17.Cruciata muralis minima romana. *Column. ecphr.* 1. p. 298. t. 297. *Moris. hist.* 3. p. 328. s. 9. t. 21. f. 2. *Magn. char.* 154. *Raj. hist.* 479.Rubeola echinata saxatilis. *Baub. pin.* 334.Habitat in littore *Tyrrheno*, in siccis, saxosis, antiquis parietibus *Monspeltii*, *Nemausi*, *Liburni*, *Massiliae*, *Romae*.Hospitatur *sub dio*, annua.

## 2. VALANTIA floribus masculis trifidis hermaphroditici pedunculo insidentibus.

Aparine semine coriandri saccharati. *Park. theatr.*Aparine semine verrucoso. *Moris. hist.* 3. p. 322.Aparine fructu verrucoso. *Raj. hist.* 484.Aparine semine lævi. *Vaill. paris.* 14. t. 4. f. 3. opt.Habitat inter segetes *Monspeltii*, *Siciliae*, *Germaniae*.Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Caules diffusi pedales tetragoni, ramosi inferne, angulis aculeis recurvis armati. Folia verticillata sena, lanceolata lævia utrinque, sed margine &amp; stria carinali aculeata, aculeis versus apicem (non recurvis) flexis. Pedunculi ad verticillos bini vel tres cum ramo, teretes, quadrifariam sulcati, reflexi, aculeati, terminati flore hermaphroditeo: germine didymto, corolla quadripartita alba, Staminiibus 4, antheris luteis stylo duplici capitato



pitato. Juxta florem hermaphroditicum pedunculi duo, singuli sustinentes florem (raro duos) masculinum trifidum, staminibus 3, stylis 2 absque germine, hi pedunculi laterales persistentes sunt. Fructus ex baccis geminis exsuccis globosis: testis tuberculis mollibus conicis, verrucæ similibus.

3. VALANTIA floribus masculis quadrifidis, pedunculis nudis.

Cruciata orientalis latifolia erecta glabra. *Tournef.*

*cor. 4.*

Habitat in *Ægypto.*

Hospitatur sub dio, annua.

Desc. Radix fibrosa. Caulis (uti tota planta) erectus glaber tetragonus vix ramosus nisi ad basin. Folia quaterna, sessilia, cordata, concava, reflexa, glabra. Pedunculus inter singula folia, dichotomus, flore unico hermaphrodito, masculis vero magis pedunculatis 4 vel 6: omnibus luteis quadrifidis. Pedunculi carent duobus foliolis parvis, quibus sequens instruitur. Maturæ plantæ folia omnia reflexa sunt, pulchre semina occultantia; tam articuli caulis discedunt & folia a vento pelluntur cum seminibus.

4. VALANTIA floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis.

Galium foliis quaternis, flosculis in alis confertis.

*Hort. cliff. 34. Hall. helv. 462.*

Cruciata hirsuta. *Baub. pin. 335.*

Cruciata minor. *Lob. ic. 804.*

Cruciata. *Dod. pempt. 257.*

Habitat ad vias *Germaniæ, Helvetiæ, Galliæ.*

Hospitatur sub dio, perennis.

## A T R I P L E X.

1. ATRIPLEX caule erecto herbaceo, foliis triangulatis. *Hort. cliff. 469.*

Atriplex hortensis alba seu pallide virens. *Baub.*

*pin. 119.*

Atriplex hortensis. *Dod. pempt. 615.*

β. Atriplex hortensis rubra. *Baub. pin. 119.*

Atriplex spuria rubra hortensis. *Volk. norib. 53.*

*Pharm. ATRIPLICIS SATIVÆ Herba, Semina.*

*Svecis: Molla.*

Habitat in deserto *oreburgensi.*

Hospitatur sub dio, annua.

2. ATRIPLEX foliis deltoidibus sinuatis undulatis alternis.

Atri-



*Atriplex tatarica maxima*, folio laciniato viridi, semine splendente. *Gerb. samar.* 290.

Habitat in *Tataria*,

Hospitatur *sub dio*, annua.

Desc. Radix annua. Caules erecti, longi, ramosi teretiusculi glabri tripedales. Folia alterna deltoidea sinuata, acuta, undulata, coarctata, parum viridia. Racemi seu spicae terminales. Seminum involucra ovata acuta ad oris margines utrinque minimo denticulo, extus laevia. Sero atmodum floret. Floresculi hermaphroditi saepius abortiunt.

## D I O E C I A.

### F R A X I N U S.

1. FRAXINUS floribus completis. *Hort. cliff.* 470.

Fraxinus humilior seu altera theophrasti minore & tenuiore folio. *Baub. pin.* 416.

Ornus. *Dalech. hist.* 83 male.

Pharm. MANNA calabrina, granulata.

Svecis Manna-trä.

Habitat in *Hetruria*, *Italia*, *Lugduni Gallorum*.

Hospitatur in *Frigidario*, Arbor.





CLASSIS. XXIV.

CRYPTOGAMIA

PLANTÆ.

FICUS.

1. FICUS foliis palmatis. Hort. cliff. 471. Hegardt.

Fic. 1. n. 1.

Mas.

Caprificus. Baub. hist. 1.

p. 134.

Femina.

Ficus communis. Baub.

pin. 457.

Ficus. Dod. pempt. 812.

β. Caprificus præcox, fructu nigricante parvo deciduo. Pont. anth. 229.

β. Ficus sativa, fructu atro-rubente polline cæcio adperso. Tournef. inst. 663.

Thecnah. Cels. hierob. 2.

p. 153.

Pharm. CARICÆ pingues.

Svecis: Fikon-trå.

Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania, Italia, Græcia.  
Hospitatur sub dio, hybernat in Frigidario. Arbor.

INDETERMINATA.

HYMENÆA.

1. HYMENÆA. Hort. cliff. 484.

Ceratia diphyllos antegoana, ricini majoris fructu nigro, siliqua grandi incluso. Pluk. alm. 96. t. 82. f. 2.

Arbor siliquosa ex qua Gummi Elemi elicitor. Baub.

pin. 404.

Courbaril bifolia, flore pyramidato. Plum. gen. 49.

Habitat in Brasilia.

Hospitatur in Caldario. Arbor.



## P H O E N I X.

1. PHOENIX frondibus pinnatis, foliolis alternis ensiformibus basi complanatis, petiolis compressis dorso rotundatis. *Hort. cliff.* 443.

*Palma mas* *Kæmpf.*  
*amœn.* 668. & 686.  
*t.* 1, 2. *f.* 1, 3.

*Palma hortentis.* *Kæmpf.* *amœn.* 668. 686. *t.* 1. 2.  
*f.* 2. 6. 11.

*Palma major.* *Baub. pin.* 506.

*Palma dactylifera major vulgaris.* *Sloan. hist.* 2. p. 174.

*Palma.* *Baub. hist.* 1. p. 351.  
*Raj. hist.* 1352. *Dod. pempt.* 819.

*Pharm.* DACTYLI fructus,  
Ossa.

*Svecis* Palm-trå.

*Pharmac.* DACTYLI recentes.

Habitat in utraque *India* calidissima.

Hospitatur in *Caldario.* Arbor.







# NOMINA BOTANICA.

## A.

<b>A</b> Brotanum - - - 252, 256. 257.	Ammannia - - - - - 30.
Abrus - - - - - 228.	Ammi - - - - - 59-63.
Absinthium - - - 256. 257.	Ammomum - - - - - 1.
Abutilon - - - - - 198.	Amorpha - - - - - 208.
Acacia - - - 102. 146. 208. 212. 298.	Amygdalus - - - - - 123.
Acalypha - - - - - 290. 291.	Anacampteros - - - 146. 147. 116.
Achancus - - - - - 181.	Anacardium - - - - - 102.
Acanthium - - - - - 249.	Anagallis - - - - - 38.
Acer - - - - - 93. 34.	Anagyris - - - - - 211. 210.
Acetosa - - - - - 89. 90.	Ananas - - - - - 73.
Achillea - - - - - 265.	Anandria - - - - - 259.
Acbyrophorus - - - 240.	Ananthocyclus - - - 266.
Acinos - - - - - 9.	Anapodophyllum - - - 137.
Aconitifolia - - - - - 137.	Anascovadi - - - - - 247.
Aconitum - - - 151. 152. 138. 158. 269.	Anastatica - - - - - 183.
Actæa - - - - - 138.	Andrachne - - - - - 285.
Adaschim - - - - - 224.	Androsæmum - - - - - 237.
Adhatoda - - - - - 8. 179.	Androsace - - - - - 36.
Admirabilis - - - - - 42.	Andayala - - - - - 240.
Adonia - - - - - 157.	Anemone - - - - - 155.
Adonis - - - - - 156.	Anemonospermus - - - 275.
Aegilops - - - - - 301.	Anethum - - - - - 66.
Aeschynomene - - - 233. 144. 145.	Angelica - - - - - 62. 70.
Agave - - - - - 87.	Anguria - - - - - 292. 293.
Agem - - - - - 67.	Anil - - - - - 209.
Ageratum - - - - - 153. 265.	Anisum - - - - - 67.
Agrifolium - - - - - 32.	Anonis - - - - - 210.
Agrimonia - - - - - 112. 148.	Anonyma - - - - - 2.
Aizoon - - - - - 127.	Antanisoophyllum - - - 2.
Alaternus - - - - - 47.	Anthericum - - - - - 83.
Alcea - - - 204. 147. 199. 201. 202. 205.	Antholyza - - - - - 16.
	Anthora - - - - - 152.
	Anthyllis - - - - - 221.
Alkekengi - - - - - 50.	Antirrhinum - - - 174. 175. 176.
Allium - - - 73. 76. 77. 78. 79. 180.	Antithora - - - - - 152.
Aloe - - - - - 85. 86. 87. 88.	Apatine - - - - - 28. 30. 302.
Alopecurus - - - - - 20.	Aphaca - - - - - 218.
Alvine - - - 23-12. 24. 70. 95. 109.	Apiastrum - - - - - 163.
Athæa - - - - - 204. 205.	Apias - - - - - 216. 227.
Althæa - - - 195. 198. 199. 200. 201. 202.	Apium - - - - - 67. 59. 62.
	Apocynum - - - - - 53. 54. 178.
	Aquifolium - - - - - 31.
Alypum - - - - - 142.	Aquilegia - - - - - 152. 153.
Alyssum - - - - - 165. 185. 186.	Arabis - - - - - 191. 192.
Amaranthoides - - - 57.	Arachidna - - - 48. 216. 229.
Amaranthus - - - 285. 286. 31. 52.	Arachis - - - - - 228.
Amaryllis - - - - - 75.	Aralia - - - - - 70.
Ambrosia - - - - - 284.	Arbor baccifera - - - 108.
Amberbi - - - - - 271.	
Ameri - - - - - 209.	
Amethystea - - - - - 9.	
Amethystina - - - - - 2.	



# NOMINA BOTANICA.

<p><i>Arbor Mexicana</i> 148.  <i>- Tulipifera</i> 154.  <i>- Vitis</i> 289.  <i>Arctotheca</i> 275.  <i>Arcthotis</i> 275.  <i>Argemone</i> 135. 136.  <i>Argusia</i> 36.  <i>Aristolochia</i> 279.  <i>Armeniaca</i> 124.  <i>Armercins</i> 111.  <i>Arteria</i> 58.  <i>Artemisia</i> 256. 257.  <i>Arum</i> 279. 280.  <i>Arundo</i> 1. 2. 19.  <i>Asclepias</i> 53. 54.  <i>Ascyram</i> 237.  <i>Aspalatus</i> 208. 212.  <i>Asparagus</i> 84. 85.  <i>Asperula</i> 27.  <i>Asphodelus</i> 83.  <i>Aster</i> 258. 260. 262. 263. 266.  <i>Astericus</i> 264.  <i>Asteroides</i> 264.  <i>Astragaloides</i> 228.  <i>Astragalus</i> 225. 226. 227.  <i>Athamanta</i> 60.  <i>Atraphaxis</i> 95.  <i>Attractilis</i> 252.  <i>Atriplex</i> 3. 56. 303. 304.  <i>Atropa</i> 45.  <i>Aurantia</i> 236.  <i>Auricula</i> 36. 230.  <i>Avena</i> 20.</p> <p style="text-align: center;"><b>B.</b></p> <p><i>Baccharis</i> 257. 259.  <i>Balan</i> 15.  <i>Ballote</i> 171.  <i>Balsamina</i> 277. 293.  <i>Balsamita</i> 255.  <i>Barba Jovis</i> 208. 221. 222.  <i>Barbula hirci</i> 243.  <i>Barkanin</i> 133.  <i>Bauhinia</i> 99.  <i>Behen</i> 111.  <i>Beid-el-offar</i> 54.  <i>Belladonna</i> 45.  <i>Bellus</i> 261. 265. 266.  <i>Belvedere</i> 55.  <i>Bermudiana</i> 278.  <i>Beta</i> 56. 89. 90.  <i>Betonica</i> 105. 163. 164. 165. 177.  <i>Bidens</i> 255. 247.  <i>Bignonia</i> 178.  <i>Biscutella</i> 185.  <i>Bistorta</i> 95.</p>	<p><i>Bixa</i> 148.  <i>Blattaria</i> 45. 46. 179.  <i>Blennocboes</i> 3. 45.  <i>Blitum</i> 3. 286.  <i>Boerhavia</i> 2.  <i>Bona</i> 218.  <i>Bon vel Ban</i> 42.  <i>Bonduc</i> 101.  <i>Borriginoides</i> 34.  <i>Borrago</i> 34.  <i>Botrys</i> 55. 56.  <i>Brassica</i> 189. 190. 191. 280.  <i>Briza</i> 20.  <i>Bromelia</i> 73.  <i>Brovallia</i> 179.  <i>Brunella</i> 172. 163.  <i>Bryonia</i> 15.  <i>Bryonoides</i> 291.  <i>Bubon</i> 62.  <i>Buffonia</i> 12.  <i>Buglossum</i> 34. 35. 241.  <i>Bulbino</i> 83.  <i>Bulbur</i> 84.  <i>Bunias</i> 185.  <i>Bupthalmum</i> 263. 264.  <i>Bupleuroides</i> 57.  <i>Bupleurum</i> 64.  <i>Byxus</i> 283.</p> <p style="text-align: center;"><b>C.</b></p> <p><i>Cæsus</i> 119. 120. 121. 122.  <i>Cæsalpina</i> 107.  <i>Cæsalpinoides</i> 298.  <i>Calamantka</i> 161.  <i>Calcitrapa</i> 272.  <i>Calendula</i> 274.  <i>Calobotrychis</i> 6.  <i>Caltha</i> 274.  <i>Camara</i> 180.  <i>Campanula</i> 38. 40. 41.  <i>Canna</i> 1.  <i>Cannabina</i> 267.  <i>Cannabis</i> 297.  <i>Cannacorus</i> 1.  <i>Cannoides</i> 1.  <i>Capnoides</i> 207.  <i>Capparis</i> 103.  <i>Caprificus</i> 305.  <i>Caprifolium</i> 42.  <i>Capficum</i> 47.  <i>Caragana</i> 212.  <i>Cardamine</i> 188.  <i>Cardaminum</i> 93.  <i>Cardiaca</i> 169. 171.  <i>Cardiospermum</i> 97.  <i>Car-</i></p>
--	--



# NOMINA BOTANICA.

<i>Cardispermum</i>	-	274.	<i>Chenopodium</i>	-	55. 56.
<i>Carduus</i>	73. 181. 248. 272. 239. 250. 273.		<i>Chondrilla</i>	239. 241. 243. 244. 245. 247.	
<i>Carelia</i>	-	253.	<i>Chrysanthemum</i>	258. 263. 264. 265.	
<i>Caretti</i>	-	102.		266. 267. 269. 270. 275.	
<i>Carlina</i>	-	252.	<i>Chrysis</i>	-	268.
<i>Carota</i>	-	59.	<i>Chrysocoma</i>	-	252.
<i>Carpesium</i>	-	257.	<i>Cicer</i>	-	224. 226.
<i>Carthamus</i>	-	251.	<i>Cichorium</i>	-	247.
<i>Caryophyllus</i>	104. 105. 106. 107. 268.		<i>Cicuta</i>	-	62.
<i>Caschou</i>	-	102.	<i>Cicutaria</i>	-	62. 64.
<i>Cassia</i>	-	100. 101.	<i>Cinara</i>	-	251.
<i>Cassida</i>	-	172. 99.	<i>Cineraria</i>	-	273.
<i>Castanea</i>	-	92. 287.	<i>Cirsium</i>	-	250.
<i>Catananche</i>	-	247.	<i>Cistus</i>	-	143. 144.
<i>Cataputia</i>	-	140.	<i>Citrenum</i>	-	236.
<i>Cataria</i>	-	164.	<i>Citria</i>	-	136.
<i>Caucalis</i>	-	58.	<i>Citrullus</i>	-	292.
<i>Ceanothus</i>	-	51.	<i>Citrus</i>	-	236.
<i>Cedronella</i>	-	167.	<i>Claytonia</i>	-	52.
<i>Celastrus</i>	-	52.	<i>Clematis</i>	-	53. 155. 156. 253. 279.
<i>Celosia</i>	-	52.	<i>Cleome</i>	-	193. 194.
<i>Celtia</i>	-	179.	<i>Clinopodium</i>	-	9. 12. 161.
<i>Centarea</i>	-	270. 271. 272. 273.	<i>Clitoria</i>	-	214. 215.
<i>Centaureum</i>	-	271.	<i>Clymenum</i>	-	217.
<i>Cepa</i>	-	77. 78. 79. 80.	<i>Clypeola</i>	-	185.
<i>Cephalanthus</i>	-	25.	<i>Cneorum</i>	-	14.
<i>Cerasa</i>	-	125.	<i>Cnicus</i>	-	250. 251.
<i>Cerastium</i>	-	115.	<i>Cochlearia</i>	-	184.
<i>Cerasus</i>	-	108. 125. 106.	<i>Coffea</i>	-	41.
<i>Ceratia</i>	-	99. 207. 305.	<i>Coix</i>	-	281.
<i>Ceratocarpus</i>	-	281.	<i>Colechicum</i>	-	90.
<i>Ceratocephaloides</i>	-	270.	<i>Colocasia</i>	-	280.
<i>Ceratocephalus</i>	-	270.	<i>Colocynthis</i>	-	293.
<i>Ceratonia</i>	-	296.	<i>Colutea</i>	-	228.
<i>Ceratosperrum</i>	-	281.	<i>Coma</i>	-	252.
<i>Cercis</i>	-	99.	<i>Commelina</i>	-	18.
<i>Cereus</i>	-	119. 120. 121.	<i>Consolida</i>	-	150.
<i>Cerithe</i>	-	35. 36.	<i>Contrajerva</i>	-	225.
<i>Cervaria</i>	-	41. 59.	<i>Convolvulus</i>	-	38.
<i>Cherophyllum</i>	-	60. 64.	<i>Conyza</i>	-	253. 256. 257. 258.
<i>Chelcejos</i>	-	248.	<i>Conyzella</i>	-	258.
<i>Chamaecerasus</i>	-	43.	<i>Conyzoides</i>	-	257.
<i>Chamaecrista</i>	-	101.	<i>Coral</i>	-	207.
<i>Chamaedryfolia</i>	-	117.	<i>Corallo-dendron</i>	-	207.
<i>Chamaedrys</i>	-	159. 160.	<i>Corchorus</i>	-	147.
<i>Chamaeciris</i>	-	17.	<i>Coreopsis</i>	-	269. 270.
<i>Chamaelea</i>	-	14.	<i>Coriandrum</i>	-	63.
<i>Chamaeleon</i>	-	274.	<i>Coriaria</i>	-	299.
<i>Chamaemelum</i>	-	263. 266.	<i>Corindum</i>	-	97.
<i>Chamaepitbyx</i>	-	160.	<i>Criatragematodendros</i>	-	295.
<i>Charantia</i>	-	293.	<i>Coris</i>	-	46.
<i>Cheiranthus</i>	-	187. 188.	<i>Corispermum</i>	-	2. 3.
<i>Chelidonium</i>	-	137.	<i>Cornus</i>	-	29.
<i>Chenopodio-Morus</i>	-	3.	<i>Corona</i>	-	82. 265. 268.



# NOMINA BOTANICA.

<p>Coronaria . . . . . 115.            Coronilla . . . . . 234. 235.            Coronopus . . . . .            Corrigiola . . . . . 70.            Corylus . . . . . 286.            Costus . . . . . 2.            Cotula . . . . . 266.            Cotyledon . . . . . 108.            Courbaril . . . . . 305.            Cracca . . . . . 219.            Crambe . . . . . 182. 186. 193.            Crassula . . . . . 147.            Cratægus . . . . . 126.            Crepis . . . . . 238. 239. 243.            Crinium . . . . . 76.            Crista pavonis . . . . . 102.            Crinum . . . . . 61.            Crocodylium . . . . . 248.            Crocus . . . . . 15.            Crocum . . . . . 15.            Crotalaria . . . . . 210.            Croton . . . . . 290.            Crucianella . . . . . 27.            Crucjata . . . . . 302. 303.            Crupina . . . . . 271.            Cucubalus . . . . . 109. 110.            Cucumis . . . . . 15. 291. 292. 293. 294.            Cucurbita . . . . . 291. 292.            Cuminoides . . . . . 52.            Cuminum . . . . . 52.            Cunila . . . . . 169.            Cupressus . . . . . 288. 289.            Cyanus . . . . . 270. 271.            Cyclamen . . . . . 47.            Cyelaminus . . . . . 47.            Cymbalaria . . . . . 175.            Cynanchum . . . . . 54.            Cynara . . . . . 251.            Cynoglossa . . . . . 33.            Cynoglossoides . . . . . 34.            Cyperus . . . . . 19.            Cynoglossum . . . . . 33. 34.            Cysticaparus . . . . . 207.            Cytisus . . . . . 209. 210. 211. 221. 230.</p> <p style="text-align: center;"><b>D.</b></p> <p>Daphne . . . . . 94.            Daphnoides . . . . . 94.            Datura . . . . . 43. 44.            Dancus . . . . . 59. 60. 67.            Delphinium . . . . . 150. 151.            Dens canis . . . . . 82.            Dentaria . . . . . 137.            Dentellaria . . . . . 43.            Dianthus . . . . . 104. 105. 106.            DiSamnus . . . . . 102.</p>	<p><i>Pseudo-Dictamnium</i> . . . . . 169.  <i>Pseudo-Dictamnus</i> . . . . . 169.            Diervilla . . . . . 42.            Digitalis . . . . . 176. 178.            Dimorphotheca . . . . . 274.            Dipsacus . . . . . 25. 26.            Dioscorea . . . . . 297.            Dolichos . . . . . 15. 214.            Dorycnium . . . . . 225.            Draba . . . . . 184. 186. 192.            Draco . . . . . 256.            Dracocephalum . . . . . 165. 166. 167.            Dracunculus . . . . . 256. 265.            Duglassia . . . . . 185.</p> <p style="text-align: center;"><b>E.</b></p> <p><i>Echino Melocactus</i> . . . . . 119.            Echinophora . . . . . 58.            Echinops . . . . . 248.            Echinopus . . . . . 248.            Echioides . . . . . 35.            Echium . . . . . 35.            Fleagnus . . . . . 31.            Elatine . . . . . 175.            Elephantopus . . . . . 247.            Elleborum . . . . . 158.            Elleborus . . . . . 158.            Elichrysum . . . . . 256.            Eliocarpus . . . . . 84.            Elymus . . . . . 22.            Endivia . . . . . 247.            Epazotl . . . . . 56.            Ephemerum . . . . . 18. 73.            Epimedium . . . . . 29.            Erangelia . . . . . 74.            Erantbemum . . . . . 156.            Erigeron . . . . . 258. 259.            Eriophorus . . . . . 240.            Eruca . . . . . 190. 191. 192.            Erucago . . . . . 187.            Ervilia . . . . . 215.            Ervum . . . . . 224.            Eryngium . . . . . 57.            Erysimum . . . . . 96. 192. 193.            Erythrina . . . . . 207.            Erythronium . . . . . 82.            Esculus . . . . . 92.            Esula . . . . . 140. 141. 143.            Eupatorium . . . . . 253. 254.            Euphorbia . . . . . 138. 139. 140. 141. 142. 143.            Euphorbium . . . . . 138. 139.            Evonymoides . . . . . 52.            Evonymus . . . . . 30. 52.</p> <p style="text-align: center;"><b>F.</b></p> <p>Faba . . . . . 218            Fba . . . . .</p>
--	---



# NOMINA BOTANICA.

<i>Fabago</i>	103.	<i>tremulum</i>	20.
<i>Fagonia</i>	103.	<i>Granadilla</i>	278.
<i>Fagopyrum</i>	96.	<i>Grevia</i>	279.
<i>Fago-triticum</i>	96.	<i>Grossularia</i>	51.
<i>Fagus</i>	287.	<i>Guajabo</i>	122.
<i>Falcata</i>	230.	<i>Guajava</i>	122.
<i>Fel-fel-tavil</i>	140.	<i>Guilandina</i>	101.
<i>Ferrum</i>	233.	<b>H.</b>	
<i>Ferula</i>	61.	<i>Hadar</i>	123.
<i>Festuca</i>	301.	<i>Hæmanthus</i>	88.
<i>Ficoidea</i>	127.	<i>Halicacabum</i>	50.
<i>Ficoides</i>	119. 121. 127. 128. 129.	<i>Harmala</i>	144.
<i>Ficus</i>	120. 127. 301. 305.	<i>Hedera</i>	91.
<i>Filipendula</i>	131.	<i>Hedypnois</i>	246.
<i>Flammula</i>	155.	<i>Hedysarum</i>	226. 231. 232. 233. 234.
<i>Flos Adonis</i>	156.	<i>Helenia</i>	266.
- <i>Clitoridis</i>	214.	<i>Heleniastrum</i>	266.
- <i>pavonis</i>	101.	<i>Helenium</i>	268. 269.
- <i>passionis</i>	277.	<i>Helianthemum</i>	144.
- <i>Constantinopolitanus</i>	115.	<i>Helianthes</i>	70.
- <i>regius</i>	150.	<i>Helianthus</i>	264. 268.
<i>Foeniculum</i>	61. 63. 66.	<i>Helitropium</i>	33. 290.
<i>Foenum</i>	229.	<i>Helleborastrum</i>	158.
<i>Fragaria</i>	133. 134.	<i>Helleborus</i>	157. 158.
<i>Fraxinella</i>	102.	<i>Helminthotheca</i>	141.
<i>Fraxinus</i>	304.	<i>Helxine</i>	96. 302.
<i>Fritillaria</i>	53. 81. 82.	<i>Hemerocallis</i>	81. 88.
<i>Frutex</i>	30.	<i>Hepatica</i>	155.
<i>Fumaria</i>	207.	<i>Heptaphyllum</i>	133.
<b>G.</b>		<i>Heracleum</i>	65.
<i>Galanthus</i>	73.	<i>Herba Studioforum</i>	55.
<i>Galega</i>	208.	- <i>ventis</i>	171.
<i>Galeopsis</i>	172.	<i>Hermannia</i>	195.
<i>Galium</i>	27. 28. 303.	<i>Herniaria</i>	54. 55.
<i>Garidella</i>	108. 109.	<i>Hesperis</i>	187. 188. 192.
<i>Gelsemium</i>	178.	- <i>orientalis</i>	205. 206.
<i>Genista</i>	209. 212.	<i>Hibiscus</i>	238. 239. 245.
<i>Geranium</i>	195. 196. 197. 198.	<i>Hieracioides</i>	238. 239. 240. 241. 244.
<i>Geum</i>	108.	<i>Hieracium</i>	245.
<i>Gingidium</i>	58. 59.	<i>Hippocastanum</i>	92.
<i>Gladiolus</i>	16.	<i>Hippocrepis</i>	233.
<i>Glastifolia</i>	172.	<i>Hippogiossum</i>	300.
<i>Glaucium</i>	135. 137.	<i>Holcus</i>	301.
<i>Glaux</i>	285.	<i>Hordeum</i>	22. 23.
<i>Gleditsia</i>	398.	<i>Hordeum</i>	16. 11.
<i>Glycine</i>	227. 228.	<i>Horninum</i>	44.
<i>Glycyrrhiza</i>	230. 231.	<i>Hum</i>	76. 85.
<i>Gnaphalium</i>	255. 256. 275.	<i>Hvacinthus</i>	305.
<i>Gnaphalodes</i>	275.	<i>Hymenæa</i>	44.
<i>Gomphrena</i>	57.	<i>Hyoisyanus</i>	241.
<i>Gossypium</i>	148. 203. 204.	<i>Hyoferis</i>	31. 32.
<i>Gramen alopecuroides</i>	20.	<i>Hypecoum</i>	131. 236. 237.
- <i>avenaceum</i>	20.	<i>Hypericum</i>	240. 241.
- <i>cyperoides</i>	19.	<i>Hypochæris</i>	Hysso-



# NOMINA BOTANICA.

